www.e-rara.ch

# Plotini Platonicorum facile coryphæi Opervm Philosophicorvm Omnivm Libri LIV. In Sex Enneades Distribvti

Plotinus
Poliziano, Angelo
Dazzi, Andrea
Porphyrius

Basileæ, MDXXC. [1580]

Universitätsbibliothek Bern

Shelf Mark: MUE Gross O 44

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-74031

Plotini ennead. sextae, liber VIII. De libertate & voluntate unius.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

omnium, ponere videtur pulchrum in ſpeciebus, ſummum verò deum ſuper vniuerſum hoc pulchrum in ſpeciebus propriè conſtitutum. Proinde cum intelligibilia hæc ſecūdo in gradu poſuerit, ad hæc deinceps ſubnecti tertia tradit, quæ videlicet poſt illa fiunt. Deinde circa tertia ponit illa videlicet quæ naſcūtur ex tertijs, noſtrū hunc ſcilicet mundum ex anima dependentē. Cùm verò tertia, ideſt, quæ ad animā pertinent ſubnectantur ad mentem, ac mens redigatur ad bonum, ita nimirū ad illud omnia certis gradibus reducuntur: alia quidē proximè, alia verò proximis adhærentia. Sed inter omnia longiſsimè ab eo ſenſibilia diſtant, quæ quidem ad animam continuè referuntur.

A τὸ καλὸν ἐν τοῖς εἴδεσι φαίνεται τιθέμενος. αὐτὸ δὲ ὑπὲρ τὸ καλὸν, πᾶν τοῦτο. ταῦτα δὴ δεύτερα τιθεὶς, εἰς τὰ τρίτα φησὶν ἀνηρτῆσθαι, * τὰ μεθ' αὐτὰ γινόμενα. καὶ περὶ τὰ τρίτα δὲ τιθεὶς εἶναι, δῆλον ὅτι τὰ γινόμενα ἐκ τῶν τρίτων, κόσμον τόνδε, εἰς ψυχήν. * ἀνηρτημένης δὲ ψυχῆς εἰς νοῦν, καὶ νοῦ εἰς τὸ ἀγαθὸν, οὕτω πάντα εἰς ἐκεῖνο διὰ μέσων. τῶν μὲν πλησίον, τῶν δὲ, B τοῖς πλησίον γειτονούντων. ἐσχάτην δ' ἀπόστασιν τῶν αἰσθητῶν ἐχόντων, εἰς ψυχὴν ἀνηρτημένων.

* τὰ μετὰ ταῦτα

* ἀρηρτημένης ἐκ τῶν τρίτων εἰς νοῦν

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ ϛ.

### ΛΟΓΟΣ η.

# PLOTINI

## ENNEAD. SEXTAE,

### LIBER VIII.

ΠΕΡῚ τοῦ ἑκουσίου καὶ θελήματος τοῦ ἑνός.

DE libertate & voluntate vnius.

*Voluntarium apud nos eſt quod ipſi voluntate libera certaq; facimus. Libera, id eſt, violentia nulla compulſi. Certa, hoc eſt, nulla prorſus ignorantia lapſi, circa idem reuera domini ſumus. Cap. I.*

NVNQVID circa Deos etiam decet inquirere, vtrū aliquid in eorū arbitrio poſitum ſit nec ne, an potius circa homines ob eorū imbecillitatē & dubiā facultatē tale aliquid quærere decet? Deos autē omnia poſſe concedendū eſt: atq; in eorum arbitrio nō ſolùm aliquid eſſe ſitū, ſed & omnia poſita. An forſan potentiā quidē omnē, liberūq; cunctorū arbitriū attribuere vni tantùm debemus? In cęteris aūt hæc quidē hoc modo, illa verò illo ſe modo habere: atq; in quibuſdā vtraq; pariter ratione ſe habere licet aſſerere. An potius & hæc quidē inueſtigāda ſunt? audendū verò & in primis, & in eo quod ſuper omnia eſt, tale aliquid indagare. Qua videlicet cōditione accipiēdū ſit quod dici ſolet, in eorū eſſe arbitrio poſitū, quamuis poſſe omnia cōcedamus. Quinetiam & de hoc quod poſſe dicimus, quomodo dicatur rite cōſiderandū, ne fortè ita loquētes apud Deos aliud quidē potentiā, aliud verò actū eſſe cōfiteamur: & actū quidē futurū forſitan cōcedamus. Sed hęc quidē in poſterū differēda videntur, ac prius idē in nobis inueſtigādū, de quibus inueſtigari ſolet, ſi quid in noſtro ſit arbitrio poſitū. In primis ergo quęrēdū, q̄d hoc ipſū eſſe dicēdum ſit, quod fertur eſſe in nobis aliquid, ideſt in noſtro arbitrio conſtitutum. Quærendū inquā, quænam facultatis huius definitio ſit: ſic enim quodāmodo cognoſcetur, vtrū & ad Deos, multoq; magis

A ΑΡ' ἔστι καὶ ἐπὶ θεῶν, εἴ τι ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς ζητεῖν, ἢ ἐν ἀνθρώπων ἀδυναμίαις τε καὶ ἀμφισβητησίμοις δυνάμεσι, τὸ τοιοῦτον ἂν πρέποι ζητεῖν; θεοῖς δὲ τὰ πάντα δύνασθαι ἐπιτρεπτέον: καὶ ἐπ' αὐτοῖς οὐ μόνον τι, ἀλλὰ καὶ πάντα εἶναι. ἢ τὴν δύναμιν B δὴ πᾶσαν, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ δὴ πάντα ἑνὶ ἐπιτρεπτέον; τοῖς δ' ἄλλοις, τὰ μὲν, οὕτως, τὰ δ' ἐκείνως ἔχειν: καί τισιν ἑκατέρως: ἢ καὶ ταῦτα μὲν ζητητέον. τολμητέον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πρώτων καὶ τοῦ ἄνω ὑπὲρ πάντα, ζητεῖν τὸ τοιοῦτον, πῶς τὸ ἐπ' αὐτῷ. κἂν πάντα συγχωρῶμεν δύνασθαι. καίτοι καὶ τὸ δύνασθαι τοῦτο, σκεπτέον πῶς ποτε λέγεται, μήποτε οὕτως, τὸ μὲν δύναμιν, τὸ δ' ἐνέργειαν φήσομεν. καὶ ἐνέργειαν μέλλουσαν. C ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἐν τῷ παρόντι ἀναβλητέον. πρότερον δὲ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν, ἐφ' ὧν καὶ ζητεῖν ἔθος, εἴ τι ἐφ' ἡμῖν ὂν τυγχάνει. πρῶτον ζητητέον τί ποτε δεῖ, τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶναί τι λέγειν. τοῦτο δέ ἐστιν τίς ἔννοια τοῦ τοιούτου. οὕτω γὰρ ἄν πως γνωσθείη, εἰ καὶ ἐπὶ θεοὺς, καὶ ἔτι μᾶλλον,

ἐπὶ θεὸν ἁρμόζειν μεταφέρειν ἢ οὐ μετενεκτέον. ἢ μετενεκτέον μὲν, ζητητέον δέ. πῶς τὸ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς τε ἄλλοις καὶ ἐπὶ τῶν πρώτων. τί τοίνυν νοοῦντες τὸ ἐφ' ἡμῖν λέγομεν, καὶ διατί ζητοῦντες. ἐγὼ μὲν οἶμαι ἐν ταῖς ἐναντίαις κινούμενοι τύχαις, τε καὶ ἀνάγκαις, καὶ παθῶν ἰσχυραῖς προσβολαῖς τὴν ψυχὴν κατεχούσαις, ἅπαντα ταῦτα κύρια νομίσαντες εἶναι, καὶ δουλεύοντες αὐτοῖς καὶ φερόμενοι ᾗ ἐκεῖνα ἄγοι, μή ποτε οὐδέν ἐσμεν οὐδέ τι ἔστιν ἐφ' ἡμῖν. ἠπορήσαμεν, ὡς τούτου ἐσομένου ἂν ἐφ' ἡμῖν, ὃ μὴ τύχαις δουλεύοντες, μηδὲ ἀνάγκαις, μηδὲ πάθεσιν ἰσχυροῖς, πρᾶξαι μὲν ἂν βουληθέντες, οὐδενὸς ἐναντιουμένου ταῖς βουλήσεσιν. εἰ δὲ τοῦτο, εἴη ἂν ἡ ἔννοια τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ὃ τῇ βουλήσει δουλεύει. καὶ παρὰ τοσοῦτον ἂν γένοιτο ἢ μή, παρ' ὅσον. βουληθείημεν ἄν, ἑκούσιον μὲν γὰρ πᾶν, ὃ μὴ βίᾳ μετὰ τοῦ εἰδέναι. ἐφ' ἡμῖν δὲ ὃ καὶ κύριοι πρᾶξαι· καὶ συνθεῖ μὲν ἂν πολλαχοῦ ἄμφω. καὶ τοῦ λόγου αὐτῶν ἑτέρου ὄντος, ἔστι δ' οὗ καὶ διαφωνήσειεν ἄν, οἷον εἰ κύριος ἦν τοῦ ἀποκτεῖναι. ἦν ἂν οὐχ ἑκούσιον αὐτῷ πεπραχότι, εἰ τὸν πατέρα ἠγνόει τοῦτον εἶναι. τάχα δ' ἂν κἀκείνῳ * διαφωνείη ἔχοντι τὸ ἐφ' ἑαυτῷ. δεῖ δὴ καὶ τὴν εἴδησιν ἐν τῷ ἑκουσίῳ, οὐκ ἐν τοῖς καθέκαστα μόνον εἶναι, ἀλλὰ καὶ ὅλως. διὰ τί γάρ, εἰ μὲν ἀγνοεῖ ὅτι φίλιος ἀκούσιον. εἰ δὲ ἀγνοεῖ ὅτι μὴ δεῖ, οὐκ ἀκούσιον. εἰ δ' ὅτι ἔδει μανθάνειν, οὐχ ἑκούσιον τὸ μὴ εἰδέναι, ὅτι ἔδει μανθάνειν, ἢ τὸ ἀπάγον ἀπὸ τοῦ μανθάνειν.

* διαφωνοῖ

A magis ad ipſũ Deũ hęc tráſferre cõueniat, nec ne. An potius deceat q̃dẽ, attamẽ inueſtigádũ ſit, quomodo ſit aliquid in eorũ arbitrio collocatũ, cùm in alijs tũ etiá in ſupremis. Quid ná igitur cogitamus, quando in nobis aliquid eſſe dicimus? Quáue ob cauſam hoc inquirimus? Cõtrarijs igitur (vt arbitror) agitati fortunis, & aduerſis cõpulſi neceſſitatibus, perturbationũq; vehemẽtibus incurſibus raptati animum obſidẽtibus, nimirũ hęc omnia imperiũ in nos B iam habere putauimus, eiſq; ſeruientes, & quocunq; trahũt pręcipitati, meritò in cõtrouerſiá hanc incidimus, verentes ne forte nihil penes nos ipſi ſimus, nihilq; in noſtra auctoritate cõſiſtat: quaſi hoc in noſtro arbitrio ſit futurum, quod aliquádo neq; fortunis, neq; neceſſitatibus, neq; ꝑturbationib. vehemẽtib. ſeruiẽtes, & agamus volũtate, & nihil voluntati interim aduerſetur. Si autẽ hoc ita ſe habet, ratio eius quod in noſtro cõſiſtit arbitrio, erit eiuſmodi, C quòd videlicet voluntati ſeruit, ac eatenus vel fit, vel nõ fit, quatenꝰ ipſi velimus. Iá verò volũtariũ quidẽ eſt, quod & abſq; violẽtia, & cũ cognitione peragitur: in nobis aũt, ideſt, in noſtro arbitrio eſt, ad quod agẽdũ domini ipſi ſumus. Atqui ambo hæc inter ſe ſæpe cõcurrunt, quáuis ſit eorũ ratio differẽs: nõnunquá verò diſſentire vidẽtur. Perinde ac ſiquis dominationẽ auctoritatẽq; habeat ad hominẽ perimẽdũ, neque tamen id illi poſtquá egerit, ſit voluntariũ, D ſi quando quẽ interfecit, patrẽ eſſe neſciuerit. Forſan verò hoc ipſum quòd dicitur voluntariũ, nunquá penes illum qui verũ arbitriũ habeat, ab ipſo arbitrio diſſonabit. Oportet ſanè cognitionẽ de hoc quod dicitur voluntarium non circa ſingula tantum, ſed omnino, ſimpliciterq; haberi. Dic age, cur ná ſi ignorat quidẽ illum eſſe patrẽ vel amicum, homicidium inuoluntarium iudicetur? Sin autẽ ignore patrari homicidiũ nõ decere, non etiá inuoluntariũ cenſeatur? At ſi dicatur nõ exiſtimari homicidiũ hoc inuoluntarium, quoniam diſcere hoc oportuerit, certè non voluntarium eſt ignorare quod diſcere id oportuerit, vel etiam quod prohibet ne addiſcat.

*Non agimus tanquam reuera liberi actionisúe domini, quatenus agimus ſecundũ motũ animi, incitatũ per ſenſus affectusq; ſenſuum à corporibus externis, vel etiam à corpore noſtro. Iam verò motu ſic incitato ratio vel nihil agit, vel ducitur à motu, vel ducit. In primo quidẽ & ſecundo gradu ſerui corporis & fortunæ ſumus: in tertio uerò dum videmur auctoritate quadam corpus resq; ſimiles gubernare, obſequimur & viuimus alienis, indulgemus neceſſitati, nec viuimus ea tranquillitate qua volumus. Nec igitur omnino liberi dominiq; ſumus.*

*Cap. II.*

Ἀλλ' ἐκεῖνο ζητητέον, τοῦτο δὴ τὸ ἀναφερόμενον εἰς ἡμᾶς ὡς ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχον, τίνι δεῖ διδόναι. ἢ γὰρ τῇ ὁρμῇ καὶ ᾗτινι οὖν ὀρέξει, οἷον ὃ θυμῷ πράττεται, ἢ ἐπιθυμίᾳ, ἢ λογισμῷ τοῦ συμφέροντος μετ' ὀρέξεως, ἢ μὴ πράττεται. ἀλλ' εἰ μὲν θυμῷ καὶ ἐπιθυμίᾳ, καὶ παισὶ καὶ θηρίοις, τὸ ἐπ' αὐτοῖς τι εἶναι δώσομεν, καὶ μαινομένοις καὶ ἐξεστηκόσι καὶ φαρμάκοις ἁλοῦσι, καὶ ταῖς προσπιπτούσαις φαντασίαις, ὧν οὐ κύριοι. εἰ δὲ λογισμῷ μετ' ὀρέξεως, ἆρα εἰ καὶ πεπλανημένῳ

A RELIQVVM eſt indagare hoc ipſum, quod in nos refertur tanquam ſit in nobis, cui potiſsimum attribuere deceat. Aut enim impetu & appetitu quodam id conſtare dicemus, velut quod ira vel concupiſcentia fieri ſolet: aut ratiocinationi cõferẽtis ipſius vnà cũ appetitu, vt aliq̃d fiat vel nõ fiat, id muneris tribuemus. Verum ſi iræ concupiſcentiæque tribuerimus, conſequenter fateri cogemur, pueros quoque & bruta, ac furentes, & mente prorſus B alienatos: item veneficijs irretitos, & incidentibus imaginationibus occupatos, id arbitrij munus habere, cum tamen eorum quæ narrauimus, domini eſſe non poſsint. Sin autem rationis diſcurſioni vnà cum appetitu coniunctæ arbitrium liberum cõcedamus, quærendũ erit,

vtrum aberranti etiam rationi, an potius ratio A ni rectæ & appetitui recto. Quin etiam quæret hîc aliquis, vtrum ratiocinatio moueat appetitum, vel viciſsim hanc appetitus. Etenim ſi ſecundum naturam ſint appetitus, ita diſtinguere licet. Si tanquam animalis ſint compoſitiq; ipſius, ſic vtique anima naturæ ſequetur neceſſitatem: ſin autem tanquam ſolius animę, multa quæ nunc in nobis dicuntur conſiſtere, extra id fieri videbuntur. Præterea ratiocinatio B quædam nuda affectus præcedere ſolet: item imaginatio ipſa cópllens, & appetitus quò neceſsitas poſtulat trahens, quónam pacto in ijs nos efficit dominos? Rurſus quónam modo illius quo ducimur domini ſumus? Quod enim indiget, impleri neceſſariò cupiēs, nimirum ei non dominatur, ad quod prorſus adducitur. Denique quomodo penes illud aliquid eſt arbitrij, quod & ab alio pendet, & principium in aliud habet? atque inde qualecunq; ſit, effectū C eſt. Nempe ſecundum illud viuit, atq; ita viuit, vt eſt formatū: alioquin ſi hoc habere dicatur arbitrium, inanimata quoque idem concedentur habere. Nam & ignis ſicut genitus eſt, ſic agit. At ſi dicatur propterea intereſſe, quoniam animal & anima quid agant cognoſcunt, ita diſtinguendum erit, ſi ſenſu id cognoſcunt, quænam cōditio huic adhibetur ad id obtinendū, vt arbitrio agant? Senſus namque percipiens tantùm, non efficit dominum actionis. Sin au- D tem cognitione alia præter ſenſum liberè aliquid agi dicatur, quæretur inſuper vtrum ipſa eius quod fiat cognitione, conuincaturque & hîc cognoſcere tantùm, duci verò ab alio ad agendum. Sin autem & præter appetitum ratio vel cognitio quædam facit, atque dominatur, perſcrutandum eſt ad quid potiſsimū referat, & omnino vbi & quomodo id contingat. Atq; ſi ratio ipſa alium efficiat appetitum, quo hunc modo faciat aſſumendum. Sin autem appetitum ſedando ſic rationem aliquis in ſe conſiſtere dicat, atque hoc in ſtatu liberum arbitrium collocari, certè id non in actione verſabitur, ſed in mente conſiſtet: quoniam quicquid in agendo verſatur, quamuis ratio ſuperet, mixtum quiddam eſt, neque purum id arbitrij munus habet, per quod in nobis id eſſe iudicari poſsit.

A τῷ λογισμῷ, ἢ τῷ ὀρθῷ λογισμῷ καὶ τῇ ὀρθῇ ὀρέξει. καίτοι καὶ ἐνταῦθα ζητήσειεν ἄν τις, πότερα ὁ λογισμὸς τὴν ὄρεξιν ἐκίνησεν ἢ τοῦτον ἡ ὄρεξις. καὶ γὰρ εἰ κατὰ φύσιν αἱ ὀρέξεις, εἰ μὲν ὡς ζώου καὶ τοῦ συνθέτου, ἠκολούθησεν ἡ ψυχὴ τῇ τῆς φύσεως ἀνάγκῃ. εἰ δὲ ὡς ψυχῆς μόνης, πολλὰ τῶν νῦν ἐφ' ἡμῖν λέγομεν. ἔξω ἂν τούτου γίνοιτο. εἶτα * καὶ τίς λογισμὸς ψι- B λὸς πρόεισι τῶν παθημάτων, ἤ τι φαντασία ἀναγκάζουσα, ἤ τι ὄρεξις, ἐφ' ὅτι ἂν * ἄγοι ἕλκουσα, πῶς ἐν τούτοις * κυρίως ποιεῖ. πῶς δ' ὅλως κύριοι, οὗ ἀγόμεθα. τὸ γὰρ ἐνδεὲς ἐξ ἀνάγκης πληρώσεως ὀρεγόμενον, οὐκ ἔστι κύριος τοῦ ἐφ' ὃ παντελῶς ἄγεται. πῶς δ' ὅλως. αὐτό τι παρ' αὐτοῦ, ὃ παρ' ἄλλου. καὶ ἀρχὴν εἰς ἄλλο ἔχει, κἀκεῖθεν γεγένηται οἷόν ἐστι. κατ' ἐκεῖνο γὰρ ζῇ. καὶ ὡς πέπλασται: ἢ οὕτω γε καὶ τὰ ἄ- C ψυχα ἕξει τὸ ἐπ' αὐτοῖς τι εἰληφέναι. ποιεῖ γὰρ ὡς γεγένηται καὶ τὸ πῦρ. εἰ δ' ὅτι γινώσκει καὶ τὸ ζῷον καὶ ἡ ψυχὴ ὃ ποιεῖ, εἰ μὲν αἰσθήσει, τίς ἡ προσθήκη πρὸς τὸ ἐπ' αὐτοῖς εἶναι, οὐ γὰρ ἡ αἴσθησις πεποίηκε τοῦ ἔργου κύριον, ἰδοῦσα μόνον. εἰ δὲ γνώσει, εἰ μὲν γνώσει τοῦ ποιουμένου, καὶ ἐνταῦθα οἶδε μόνον. ἄλλο δὲ ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἄγει. εἰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ὄρεξιν ὁ λόγος, D ποιεῖ ἢ ἡ γνῶσις, καὶ κρατεῖ, εἰς τί ἀναφέρει ζητητέον καὶ ὅλως ποῦ τοῦτο συμβαίνει. καὶ εἰ μὲν αὐτὸς ἄλλην ὄρεξιν ποιεῖ, πῶς ληπτέον, εἰ δὲ τὴν ὄρεξιν παύσασθαι ἔστη, καὶ ἐνταῦθα τὸ ἐφ' ἡμῖν, οὐκ ἐν πράξει τοῦτο ἔσται.* ἀλλ' ἐν νῷ στήσεται τοῦτο. ἐπεὶ καὶ τὸ ἐν πράξει πᾶν, κἂν κρατῇ ὁ λόγος, μικτὸν καὶ οὐ καθαρὸν δύναται τὸ ἐφ' ἡμῖν ἔχειν.

* καί τις
* ἀνάγκη
* κυρίους
* ἀλλ' ἐν ᾧ στήσεται τοῦτο

*Sicut duo ſeruitutis gradus, ita libertatis duo: vnus autem eſt inter vtranque medius.* *Cap.* III.

*Seruus enim eſt qui imaginationem ſolam ſequitur à corpore noſtro, vel externis corporibus incitatam. ſeruus item, cuius etiam ratio imaginationi huic prorſus indulget. Liber primò, qui mente viuit ſola contemplatione contentus, cæteris omnino neglectis. Liber ſecundò, qui ſiquid agit præterea, id ſolùm legibus à contemplatione ſuſceptis eligit, resq; agendas refert ad contemplandum. Ex libertate quadam & ſeruitute permiſtus eſſe videtur, qui imaginationem quidem ſubigit rationi rectæ, ſed vitam actiuam, alioquin honeſtam eligit tanquam finem.*

DE ijs ergo diligenter conſiderandum. Iam enim prope ad illud accedimus, quod de Dijs videbatur eſſe quærendum: quippe cum hoc ipſum quod eſt in nobis id eſt arbitrium, in volutatē principio retulerimus: deinde hác in ratione collocauerimus: poſt hæc in ratione recta. Forſan verò decet adiungere in ratione inquam recta ſcientiam includere. Non enim ſiquis rectè opinatus aliquid egerit, iam arbitriū abſq; cōtrouerſia liberū videtur habere, niſi propter quid rectè ſic opinetur agnouerit, ſed forte vel imaginatione quadā in id quod oportunum eſt incidiſſe videtur. Nempe cum imaginationem haud prorſus in arbitrio noſtro poſitam concedamus, meritò eos qui ſecundum eam agunt

A ΔΙΟ' σκεπτέον * περὶ τούτου. ἤδη γὰρ ἂν καὶ ἐγγὺς γινώμεθα τοῦ λόγου τοῦ περὶ θεῶν. ἀναγαγόντες τοίνυν τὸ ἐφ' ἡμῖν εἰς βούλησιν, εἶτα ταύτην ἐν λόγῳ θέμενοι, εἶτα ἐν λόγῳ * ὀρθῶς. ἴσως δὲ δεῖ προσθεῖναι τῷ * ὀρθῶς τὸ τῆς ἐπιστήμης. οὐ γὰρ εἴ τις ἐδόξασεν ὀρθῶς καὶ ἔπραξεν, ἔχοι ἂν ἴσως ἀναμφισβήτητον τὸ αὐτεξούσιον. εἰ μὴ εἰδὼς διότι ὀρθῶς, ἀλλὰ τύχῃ ἢ φαν- B τασίᾳ τινὶ πρὸς τὸ δέον ἀχθείς, ἐπεὶ καὶ τὴν φαντασίαν, οὐκ ἐφ' ἡμῖν εἶναι λέγοντες, τοὺς

* περὶ τούτων
* ὀρθῷ
* ὀρθῷ

καὶ αὐτὴν δρῶντας, πῶς ἂν εἰς τὸ αὐτεξούσιον τάξαιμεν; ἀλλὰ γὰρ ἡμεῖς, τὴν μὲν φαντασίαν ἥν αὐτις καὶ φαντασίαν κυρίως εἴποι, τὴν ἐκ τοῦ σώματος τῶν παθημάτων ἐγειρομένην. καὶ γὰρ κενώσεις σίτων, καὶ ποτῶν, φαντασίας οἷον ἀναπλάττουσι. καὶ πληρώσεις αὖ καὶ μεστὸς τίς σπερμάτος, ἄλλα φαντάζεται, καὶ καθ' ἑκάστας ποιότητας ὑγρῶν τῶν ἐν σώματι, τοὺς κατὰ τὰς τοιαύτας φαντασίας ἐνεργοῦντας, εἰς ἀρχὴν αὐτεξούσιον οὐ τάξομεν. διὸ καὶ τοῖς φαύλοις κατὰ ταύτας πράττουσι τὰ πολλὰ, οὔτε τὸ ἐπ' αὐτοῖς, οὔτε τὸ ἑκούσιον δώσομεν. τῷ δὲ διὰ νοῦ τῶν ἐνεργειῶν ἐλευθέρῳ τῶν παθημάτων τοῦ σώματος τὸ αὐτεξούσιον δώσομεν. εἰς ἀρχὴν τὸ ἐφ' ἡμῖν καλλίστην ἀνάγοντες, τὴν τοῦ νοῦ ἐνέργειαν. καὶ * τὰς ἐνταῦθα προτάσεις ἐλευθέρας ὄντως δώσομεν. καὶ τὰς ὀρέξεις τὰς ἐκ τοῦ νοεῖν ἐγειρομένας, οὐκ ἀκουσίους εἶναι δώσομεν. καὶ τοῖς θεοῖς τοῦτον ζῶσι τὸν τρόπον, ὅσοι νῷ καὶ ὀρέξει τῇ κατὰ νοῦν ζῶσι, φήσομεν παρεῖναι.

* τὰς ἐντεῦθεν πράξεις

A agunt, in ſtatu libero minimè computamus. Verùm hic nos imaginationem illam acc pimus quam imaginationem propriè quis acceperit, quæ ſcilicet ex corporis paſsionibus excitatur. Vacuitas enim cibi potusq́;, itemq́; ſaturitas imaginationem aliter quaſi aliterq́; effingit, & aliquis genitali plenus ſemine imaginatur alia & aliter, quàm exhauſtus: ac ſummatim ſecundũ ſingulas humorũ corporis qualitates, imaginationes variæ admodum incitan-B tur. Eos igitur qui per eiuſmodi imaginationes agunt in principio agendi libero minimè collocamus. Quapropter & prauis ſecundum imaginationes eiuſmodi plurima facientibus, neque auctoritatem agendi liberam, neq; munus voluntariũ tribuemus: ſed illi potius, qui per ment m agit liber ab omnibus corporis paſsionibus, arbitrium proculdubio liberum concedemus, atque ita ipſam agendi liberã poteſtatem in principium quàm pulcherrimum C reducemus, ad actum mentis præcipuè ref rentes. Quinetiã propoſitiones deliberationesq́; inde profectas, rurſusque appetitiones ab intelligentia excitatas reuera liberas confitebimur. Deos quinetiam hac ratione viuentes quicunq; mente & appetitu quodam mentẽ ſequente viuunt, eiuſmodi libertatem habere dicemus.

*Cum ratio libertatis in libero quodam motu conſiſtat, adq́; volendum bonumq́; conuertantur, intellectus libero voluntarioq́; incedit motu, quando certus ad verum ſibi bonum agendo ac etiam gubernando procedit.*

## *Caput IIII.*

*Quinetiam ſi pro natura ſua intelligit, vult, eligit, agit, non ideo cogi dicitur, quoniam hoc ipſum inprimis ſibi voluntarium eſt: nec ab alienis ad hoc adducitur: neque dici debet intellectualis actio intellectuali naturæ ſeruire. Ibi enim actio eſt ipſa natura, nec ab ipſo bono ſibi prorſus intimo cogi. Cum enim hoc ipſum quod dicitur ſui iuris exiſtere, ratione & gratia boni ſit volendum, maximè omniũ ſui iuris eſt intellectus ſummo bono quàm proximus.*

ΚΑΙ´ τοι ζητήσειεν ἄν τις, πῶς ποτε τὸ κατ' ὄρεξιν γιγνόμενον, αὐτεξούσιον ἔσται. τῆς ὀρέξεως ἐπὶ τὸ ἔξω ἀγούσης, καί τοι ἐνδεὲς ἐχούσης. ἄγεται γὰρ τὸ ὀρεγόμενον, κἂν εἰ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἄγοιτο. καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦ νοῦ αὐτοῦ ἀπορητέον, εἰ ὅπερ πέφυκεν καὶ ὡς πέφυκεν ἐνεργῶν, λέγοιτο ἂν, τὸ ἐλεύθερον ἔχειν. καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ οὐκ ἔχων ἐπ' αὐτῷ τὸ μὴ ποιεῖν, ἔπειτα εἰ ὅλως κυρίως λέγοιτο ἐπ' ἐκείνων τὸ ἐπ' αὐτοῖς, οἷς πρᾶξις οὐ πάρεστιν. ἀλλὰ καὶ οἷς πρᾶξις ἡ ἀνάγκη ἔξωθεν. οὐ γὰρ μάτην πράξουσιν. ἀλλ' ὅλως, πῶς τὸ ἐλεύθερον δουλευόντων καὶ τούτων τῇ αὐτῶν φύσει. ἢ εἰ μὴ ἑτέρῳ ἕπεσθαι ἠναγκάσθαι, πῶς ἂν τὸ δουλεύειν λέγοιτο, πῶς δὲ πρὸς τὸ ἀγαθόν τι φερόμενον ἠναγκασμένον ἂν εἴη, ἑκουσίου τῆς ἐφέσεως οὔσης εἰ εἰδὼς, ὅτι ἀγαθὸν. ὡς ἐπ' ἀγαθὸν * ἴοι. τὸ γὰρ ἀκούσιον ἀπαγωγὴ ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ πρὸς τὸ ἠναγκασμένον εἰ πρὸς τοῦτο φέροιτο, ὃ μὴ ἀγαθὸν αὐτῷ, καὶ δουλεύει τοῦτο ὃ μὴ κύριόν ἐστιν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ἐλθεῖν. ἀλλ' ἑτέρου κρείττονος ἐφεστηκότος, ἀπάγεται τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν, δουλεῦον ἐκείνῳ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ δουλεία ψέγεται. οὐχ' οὗ τις οὐκ ἔχει, ἐξουσίαν ἐπὶ τὸ κακὸν ἐλθεῖν. ἀλλ' οὗ ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν, τὸ ἑαυτοῦ ἀγόμενος πρὸς τὸ ἀγαθὸν τὸ ἄλλου. τὸ δὲ, καὶ δουλεύειν λέγειν, τῇ ε-

* ἴη

A CAETERVM inquiret hinc aliquis, quónã pacto quod efficitur appetitu ſit liberũ: cũ ad externũ aliquid appetitio ducat, permiſtáque habeat egeſtatẽ. Quod enim appetit ducitur, quãuis ducatur ad bonũ. Quinetiã de mẽte ſimiliter dubitandũ: nunquid videlicet ſi & quod & quomodo naturaliter inſtituta eſt, agit, ſimul tamẽ libertatẽ & principiũ in ſe agẽdi dicatur habere, cũ non ſit in ſua facultate nõ agere. Præterea dubitatione dignũ eſt: vtrũ qui-B bus nõ cõuenit actio, in eis propriè liberũ cenſeatur arbitriũ. Iam verò & quibus actio cõpetit, neceſsitas infertur extrinſecus: nõ enim temere prorſus nullóue propoſito fine agunt. At qui quónã pacto libertas his ſeruabitur naturæ ſuæ penitus ſeruientibus? Cõtra verò ſic obijci poteſt: Quod aliud ſequi non cogitur, quonãmodo ſeruire dici poteſt? Quo autẽ modo aliquid dũ ad bonũ fertur, poteſt eſſe coactũ, cũ appetitus ipſe ſit voluntarius, ſi cogno-C ſcẽs eſſe bonũ tãquã ad bonũ proficiſcatur? Inuoluntariũ nanq; eſt, abductio quædã ab ipſo bono. Coactũ verò dicitur violẽtiaq; cõpulſum quod fertur ad illud, quod nõ eſt ipſi bonũ. Idq́; proprè ſeruit, quod autoritatẽ nõ habet ad bonũ proficiſcẽdi: ſed potentiore quodã inſtante à ſuis bonis abducitur, illi interea ſeruiens. Ob hãc cauſã ſeruitus improbatur, nõ quidẽ vbi aliquis nõ habeat ad malũ eũdi licentiã, ſed ubi ad ipſũ ſui bonũ accedere nequit, ad bonũ alterius interea tractus. Vbi verò quis dicit, aliquid

naturę ſuę ſeruire. illud efficit, vt ſit duo, tũ videlicet quod eſt ſeruiẽs, tũ etiã cui ſeruit. Simplex verò natura, & actus vnus, nõ habẽs aliud quidẽ in potẽtia, aliud autẽ in actu poſitũ, cur non ſit & libera? Hæc vtiq; dici non decet propriè ſic vt nata eſt operari: ſiquidem nec etiam hoc ipſum quod in ipſa eſt, operari debet dicere, quaſi aliud quidem ſit eſſentia, aliud verò ſit actio: ſiquidem idem illic eſt eſſe atq; agere. Si ergo neq; propter aliud, neque in alio eſt vel agit, quid obſtat quo minus & libera viuat? Et ſi non decet dicere ſicut alibi dici ſolet, hoc ipſum quod in ſe eſt, attamen maius hìc aliquid eſt, eo quòd dicitur in ſe eſſe. Atq; ita in ſe eſſe cenſetur, quoniam non eſt in alio, neq; alius vllus actionis eius eſt dominus: ſed neque rurſus eſſentiæ, ſiquidem ſit principium. Et quamuis intellectus principium aliud habeat, non tamen extra ſeipſum illud habet, ſed in ipſo bono. Atq; ſi ſecundum illud eſt intellectui bonũ, multò magis hoc ipſum quod eſt in ſe eſſe, atq; libertas illinc ei conuenit: quandoquidem & libertatem & in ſe eſſe quiuis boni gratia quærit. Si ergo ſecundum bonum agit, magis tunc habet hoc ipſum quod in ſe eſſe dicitur & arbitrium. Iam enim habet quod ad ipſum vergit ex ipſo perſpectum, ideoque in ſe eſt, quoniam eſt ad ipſum. Quod quidem ei ſatius eſt, ſcilicet ita demũ in ſeipſo eſſe, ſiquidem ſit ad ipſum.

A αὐτοῦ φύσει, δύο ποιοῦντες ἐστί. τότε δουλεῦον καὶ τὸ ᾧ, φύσις δὲ ἁπλῆ καὶ ἐνέργεια μία. καὶ οὐδὲ τὸ δυνάμει ἔχουσα ἄλλο, ἄλλο δὲ τὸ ἐνεργείᾳ. πῶς οὐκ ἐλευθέρα,* οὐδὲ γὰρ ὡς πέφυκε λέγοιτο ἂν ἐνεργεῖν, ἄλλης οὔσης τῆς οὐσίας. τῆς δὲ ἐνεργείας ἄλλης, εἴπερ τὸ αὐτὸ τὸ εἶναι ἐκεῖ καὶ τὸ ἐνεργεῖν. εἰ οὖν οὔτε δι᾽ ἕτερον οὔτε ἐφ᾽ ἑτέρῳ, πῶς οὐκ ἐλευθέρα. καὶ εἰ μὴ ἐπ᾽ αὐτῷ ἁρμόB σει, ἀλλὰ μείζων ἐνταῦθα τοῦ ἐπ᾽ αὐτῷ, καὶ οὕτως ἐπ᾽ αὐτῷ, ὅτι μὴ ἐφ᾽ ἑτέρῳ. μὴ δ᾽ ἄλλο τῆς ἐνεργείας, κύριον. οὐδὲ γὰρ τῆς οὐσίας, εἴπερ ἀρχή. καὶ εἰ ἄλλην δὲ ἀρχὴν ὁ νοῦς ἔχει, ἀλλ᾽ οὐκ ἔξω αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ἐν τῷ ἀγαθῷ. καὶ εἰ κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ ἀγαθόν, πολὺ μᾶλλον ἐπ᾽ αὐτῷ, καὶ τὸ ἐλεύθερον. ἐπεὶ καὶ τὸ ἐλεύθερον, καὶ τῷ ἐπ᾽ αὐτῷ τις ζητεῖ, τοῦ ἀγαθοῦ χάριν. εἰ οὖν κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐνεργεῖ, μᾶλλον ἂν τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ. ἤδη γὰρ C ἔχει * τὸ πρὸς αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ ὁρμώμενον, καὶ ἐν αὐτῷ, εἴπερ πρὸς αὐτὸ ὃ ἄμεινον ἂν εἴη αὐτῷ ἐν αὐτῷ ἂν εἶναι, εἴπερ πρὸς αὐτό.

* ἐν ᾧ μὴ τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ ἁρμόσει ἂν ἐνεργεῖν ἄλλης οὔσης τῆς οὐσίας

* πρὸς τὸ αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ

*Intellectus in contemplando viuit liber, liberoq́ decreto conſtituit ad contemplationem actiones omnes priuatas publicasq́ referre.* Caput V.

*Scit quinetiã incõmoda multa quæ minus optaret, tũ ſuis tũ corpori, tum etiã animo ſæpe uentura. Deliberauit & his opportuna remedia pro viribus adhibere. Vniuerſa hæc in mente hactenus diſpoſitio voluntaria eſt, nec aliũde dependet: actiones verò quæ ſequuntur in dies incõmodis inuoluntarijs ſuccurrentes non adeò ſui iuris exiſtunt, ſed quodammodo ex opportunitate dependent.*

NVM igitur in intellectu puro duntaxat atque intelligente libertas ponitur & arbitrium? an & in anima ſecundum intellectum operante & ſecundum virtutem agente? Iam verò ſi agenti hoc tribuamus, fortè non quantũ ad conſecutionẽ ſpectat eſt tribuendũ. Non enim conſequendi nos domini ſumus. Sin aũt ad officia ſua honeſtè componenda id deſignemus, rectè fortè dicetur. At illud quónã pacto in nobis eſſe poteſt? Ceu ſi dicatur, quoniã vrget bellum, nos fortitudinis officium exercere. Dico autem actionem eo tempore frequentatam, quónam modo in nobis tunc eſſe iudicare poſſimus, quandoquidem niſi circumueniret prælium, non daretur nobis actione eiuſmodi vti: ſimiliter in cæteris actionibus virtute cõpoſitis virtute ipſa videlicet ad id quod incidit ſemper hoc uel illud operari compulſa. Etenim ſiquis optionem virtuti dederit, vtrũ velit, vt agendi nanciſcatur occaſionem, aduerſa nobis accidere, velut prælia imminere, vt fortitudinis demonſtrat officia: & iniurias perpetrari vt quid iuris ſit definiat, liteſq; diſſoluat, inopiãq; premere, vt munera liberalitatis oſtẽdat. An potius cũctis ritè pacatis, quietẽ agere, eligeret procul dubio vacationẽ eiuſmodi actionũ, nullo videlicet apud ipſã curatione aliqua indigente: quẽadmodũ ſi quis legitimus medicus, qualis Hippocrates, optet nullum ſuis medicinis egere. Si ergo virtus in actionibus conſti-

A Ἆρ᾽ οὖν ἐν νῷ μόνῳ νοοῦντι τὸ αὐτεξούσιον, καὶ τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ καὶ ἐν νῷ τῷ καθαρῷ; ἢ καὶ ἐν ψυχῇ κατὰ νοῦν ἐνεργούσῃ, καὶ κατὰ ἀρετὴν πραττούσῃ; τὸ μὲν οὖν πραττούσῃ, εἴπερ δώσομεν, πρῶτον μὲν, οὐ πρὸς τὴν τεῦξιν ἴσως χρὴ διδόναι. οὐ γὰρ ἡμεῖς τοῦ τυχεῖν κύριοι. εἰ δὲ πρὸς τὸ καλῶς, καὶ τὸ πάντα ποιῆσαι τὰ παρ᾽ αὐτοῦ, τάχα μὲν ἂν τοῦτο ὀρθῶς λέγοιτο. ἐκεῖνο δὲ, B πῶς ἐφ᾽ ἡμῖν. οἷον, εἰ διότι πόλεμος ἀνδριζοίμεθα. λέγω δὲ τὴν τότε ἐνέργειαν, πῶς ἐφ᾽ ἡμῖν. ὁπότε πολέμου μὴ καταλαβόντος, οὐκ ἦν τὴν ἐνέργειαν ταύτην ποιήσασθαι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πράξεων τῶν κατὰ ἀρετὴν ἁπασῶν * πρὸς τὸ προσπῖπτον ἀεὶ ἀναγκαζομένης τῆς ἀρετῆς, τοδὶ ἢ τοδὶ, ἐργάζεσθαι. καὶ γὰρ εἴτις αἵρεσιν αὐτῇ δοίη τῇ ἀρετῇ, πότερα C βούλεται ἵν᾽ ἔχοι ἐνεργεῖν. εἶναι πολέμους ἵνα ἀνδρίζοιτο, καὶ εἶναι ἀδικίαν ἵνα τὰ δίκαια ὁρίζῃ καὶ κατακοσμῇ, καὶ πενίαν, ἵνα * τὸ ἐλευθέριον ἐνδεικνύοιτο. ἢ πάντων εὖ ἐχόντων ἡσυχίαν ἄγειν ἕλοιτο ἂν τὴν ἡσυχίαν τῶν πράξεων, οὐδενὸς θεραπείας. δεομένου τοῦ παρ᾽ αὐτῆς. ὥσπερ ἂν εἴτις ἰατρός, οἷον ἱπποκράτης, μηδένα δεῖσθαι τῆς παρ᾽ αὐτοῦ τέχνης. εἰ οὖν ἐνεργοῦσα ἐν ταῖς πράξεσιν ἡ ἀρετὴ

* πρὸς τὸ ἀεὶ ...πῖπτον

* τὸ ἐλεύθερον

ἠνάγκ-

ἠνάγκασθαι βοηθεῖν, πῶς ἂν καθαρῶς ἔχοι, τὸ ἐπ' αὐτῇ. ἆρ' οὖν τὰς πράξεις μὲν ἀναγκαίας, τὴν δὲ βούλησιν τὴν πρὸ τῶν πράξεων, καὶ τὸν λόγον, οὐκ ἀναγκασμένον φήσομεν; ἀλλ' εἰ τοῦτο, ἐν ψιλῷ τιθέμενοι τὸ πρὸ τοῦ πραττομένου, ἔξω τῆς πράξεως τὸ αὐτεξούσιον, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ τῇ ἀρετῇ θήσομεν. τί δὲ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀρετῆς τῆς κατὰ τὴν ἕξιν καὶ τὴν διάθεσιν. ἆρ' οὐ κακῶς ψυχῆς ἐχούσης φήσομεν αὐτὴν εἰς κατακόσμησιν ἐλθεῖν συμμετρουμένην τὰ πάθη καὶ τὰς ὀρέξεις; τίνα οὖν τρόπον λέγομεν ἐφ' ἡμῖν τὸ ἀγαθοῖς εἶναι καὶ τὸ ἀδέσποτον τὴν ἀρετήν. ἢ τοῖς γε βουληθεῖσι καὶ ἑλομένοις; ἢ ὅτι ἐγγενομένη αὐτὴ, κατασκευάζει τὸ ἐλεύθερον καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν. καὶ οὐκ ἐᾷ ἔτι δούλους εἶναι, ὧν πρότερον ἦμεν. εἰ οὖν οἷον νοῦς τις ἄλλος ἐστὶν ἀρετὴ καὶ ἕξις οἷον νοωθῆναι τὴν ψυχὴν, ποιοῦσα πάλιν αὖ ἥκει οὐκ ἐν πράξει τὸ ἐφ' ἡμῖν. ἀλλ' ἐν νῷ ἡσύχῳ τῶν πράξεων.

A tuta opem ferre cōpellitur, quōnam modo purum id munus poſsidet, quo in ea rem ipſam omnino conſiſtere iudicemus? Num igitur actiones quidem eſſe fatebimur neceſſarias, voluntatem verò rationemq; actiones antecedētem affirmabimus omnino eſſe compulſam? Ac ſi ita cum in eo duntaxat quod agenda precedit, arbitrium ſtatuamus, nimirum extra actionem collocabimus libertatem, & quod in virtutis auctoritate conſiſtere iudicatur. Sed quidnam de ipſa virtute ſecundum habitum B diſpoſitionemque conſiderata dicemus? Nónne languente animo eam accedere ad curandū perturbationes appetitusq; componentem? Qua igitur ratione bonum dicimus in noſtra auctoritate conſiſtere, virtutemque nulli ſeruire? Fortè verò in nobis volētib. eligentibusq; id conſiſtere iudicabimus. Fortè etiā quia virtus aſsiſtens libertatem munusque quod in nobis eſſe dicitur, comparat, neq; quibus ſeruiebamus C antè, vltra nos ſeruire permittit. Si ergo virtus eſt velut intellectus quidam alter, & habitus animam quaſi transformans in mentē: rurſus hoc ipſum quod in nobis conſiſtere dicitur, non ad actiones quidem declinat, ſed ad mentem ſe recipit actionibus expeditam.

*Non ſolùm intellectus ſola contemplatione contentus, putandus eſt tanquam liber ſibi viuere, verùm etiā ratio per virtutem ab intellectu conceptam libera ſecum habitat, quatenus videlicet pro fine non ſtatuit rerum actionumq; exitum, ſed honeſtatem contemplationemq; internam. Cap. VI.*

*Intellectus primus maximè viuit liber, vbi viuere quidem intelligere eſt. Intelligit autem quemadmodum & vult: ſiquidem voluntas & intelligentia vix ibi diſcernitur. ſunt enim actus ferè idē. Qui uergens ad bonū volūtas dicitur, attingēs bonū intelligētia nominatur: quēadmodū radius in curſu ſe habet ad ſplendorē in reuerberatione perſpectū. Si maximū bonū eſt maximè voluntariū ſummopore viuit vt vult & liber, qui in ipſo bono vitam agit.*

ΠΩΣ οὖν εἰς βούλησιν πρότερον ἀνήγομεν τοῦτο, λέγοντες ὃ παρὰ τὸ βουληθῆναι γένοιτο ἄν. ἢ κἀκεῖ ἐλέγετο, ἢ μὴ γένοιτο. εἰ οὖν τά τε νῦν ὀρθῶς λέγεται, κἀκεῖνά τε τούτοις συμφώνως ἕξει, φήσομεν τὴν μὲν ἀρετὴν καὶ τὸν νοῦν, κύρια εἶναι. καὶ εἰς ταῦτα χρῆναι ἀνάγειν τὸ ἐφ' ἡμῖν καὶ τὸ ἐλεύθερον. ἀδέσποτα δὲ ὄντα ταῦτα, τὸν μὲν, ἐφ' αὐτοῦ εἶναι· τὴν δὲ ἀρετὴν, βούλεσθαι μὲν ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι, ἐφεστῶσαν τῇ ψυχῇ, ὥστε εἶναι ἀγαθήν. καὶ μέχρι τούτου, αὐτήν τε ἐλευθέραν καὶ τὴν ψυχὴν ἐλευθέραν παρασχέσθαι. προσπιπτόντων δὲ τῶν ἀναγκαίων καὶ παθημάτων τε καὶ πράξεων, ἐφεστῶσαν. ταῦτα μὲν, μὴ βεβουλῆσθαι γενέσθαι. ὅμως γε μὴν, καὶ ἐν τούτοις διασώσειν τὸ ἐφ' ἑαυτῇ, εἰς αὐτὴν καὶ ἐνταῦθα * ἀναφέρουσαν. οὐ γὰρ τοῖς πράγμασιν ἐφέψεσθαι, οἷον σώζουσα τὸν κινδυνεύοντα, ἀλλ' εἰ δοκεῖ αὐτῇ καὶ προϊεμένην τοῦτον. καὶ τὸ ζῆν κελεύουσαν προΐεσθαι. καὶ χρήματα καὶ τέκνα καὶ αὐτὴν πατρίδα σκοπὸν τὸν καλὸν αὐτῆς ἔχουσαν, ἀλλ' οὐ τὸ εἶναι τῶν ὑπ' αὐτήν. ὥστε καὶ τὸ ἐν ταῖς πράξεσιν αὐτεξούσιον καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν, οὐκ εἰς τὸ πράττειν ἀνάγεσθαι. οὐδ' εἰς τὴν ἔξω, ἀλλ' εἰς τὴν ἐντὸς ἐνέργειαν καὶ νόησιν καὶ θεωρίαν αὐτῆς τῆς ἀρετῆς. δεῖ δὲ τὴν ἀρετὴν ταύτην, νοῦν τινα λέγειν εἶναι, οὐ συναριθμοῦντα τὰ πάθη τὰ δουλωθέντα ἢ μετρηθέντα τῷ λόγῳ. ταῦτα γὰρ ἔοικε φησὶν, ἐγγύς τι τοίνυν τοῦ σώματος, ἔθεσιν καὶ ἀσκήσεσι κατορθωθέντα. ὥστε εἶναι σαφέστερον, ὡς τὸ

* διαφέρουσαν

A SED quanā ratione id muneris ad uoluntatē ſuprà retulimus, dicentes id in nobis eſſe quod pro volūtate fieret? Profectò reſpondendū eſt, ibi quoq; fuiſſe ſubiunctū vel nō fieret. Quamobrē ſi & hæc in preſentia rectè dicūtur, & illa cū ijs omnino cōſentiūt, mentē ac virtutē eſſe dominas aſſeremus, ad easq; quod cōſiſtit in nobis, atq; libertatē referri decere. Cùm verò duo hec minimè ſeruiāt, putādū eſt mētē quidē in ſeipſa ſedere, virtutē verò velle quidē B in ſeipſa quieſcere, animæ videlicet præſidētē vt inde ſit bona: atq; hucuſq; & ipſā liberā permanere, & animū inde fieri liberū. Quādo verò neceſſariæ paſsiones actionesq; incidūt his gubernādis incūbere, neq; voluiſſe quidē hæc accidere: attamē in eis etiā ipſum quod in ſe eſt arbitriū conſeruare, dū videlicet horū quoq; curā ad ſeipſā refert. Nō enim res ipſa ſequitur quaſi velit omnino ſeruare periclitantē: imò ſi ſibi preſtare iudicet hūc, abijcit, iubetq; pecu C nias, & filios, & patriā, vitāq; proijcere: ſtatuēs ſcilicet ſibi pro fine nō inferiorē ſalutē, ſed propriam honeſtatē. Ex quo apparet, libertatē & quod eſt in nobis inter res agendas neq; ad actiones effectum, neq; ad exteram actionē, ſed ad actum intimum, & intelligentiam contemplationemque virtutis ipſius omnino referri. Hanc verò virtutem oportet mentem quandā exiſtimare: non connumerando cum ea per D turbationes redactas in ſeruitutem ratione vel temperatas. De his vtiq; Plato loquens ait more quodam curandi corporis, hæc vſu exercitationeq; corrigi dirigiq; ſolere. Hinc itaque conſtat apertius, libertatē ad rē ipſam expertē

A materiæ pertinere:atque ad hanc reduci quod eſt in nobis:atque hanc ipſam voluntatem eſſe dominá,& in ſeipſa conſiſtere Iam verò ſi quid ad externa præcipit,neceſsitate quadam adducta præcipere ſolet. Quotcunque igitur ex hac atque propter hanc aguntur, cóſiſtũt in nobis: atque extra ſimul & in ſeipſa, illud eſt quod ipſa vult peragitque minimè impedita : idq́; etiá primum eſt in nobis. Intellectus autem contéplator & primus, ſic habet quod dicitur in ſeipſo, quòd opus illius nullo modo conſiſtit in B alio,ſed totus reflectitur ad ſeipſum, opusque ipſius eſt ipſe,poſitusque in bono,nec indigés vltra,ſed plenus pro voluntate viuit ad votum: ipſa verò voluntas ipſa intelligentia eſt,ſed eſt appellata voluntas,quoniam ſecundum intellectum videtur exiſtere. Etenim quæ voluntas dicitur,ipſum quod ſecundum intellectum eſt imitatur. Voluntas enim bonum vult. Verè autem intelligere eſt in bono : intellectus igitur habet quod voluntas expedit, quódue conſe C quuta iam ea ratione euadit intelligentia. Quáobrem ſi boni ipſius voluntati dedimus quod eſt in nobis , quod in eo iam ſitum eſt in quo eſſe voluntas appetit,cur non habeat quod dicitur in ſeipſo? Iam verò ſi quis ad hoc pertinere nolit quod ſit in ſeipſo , excellentius aliquid eſt putandum.

A ἄϋλον ἐστὶ τὸ ἐλεύθερον. καὶ εἰς τοῦτο ἡ ἀναγωγὴ τοῦ ἐφ᾽ ἡμῖν, καὶ αὕτη ἡ βούλησις ἡ κυρία καὶ ἐφ᾽ ἑαυτῆς οὖσα· καὶ εἴτι ἐπιτάξειε πρὸς τὰ ἔξω, ἐξ ἀνάγκης. ὅσα οὖν ἐκ ταύτης καὶ διὰ ταύτην ἐφ᾽ ἡμῖν, ἔξω τε καὶ ἐφ᾽ αὐτῆς, ὃ αὐτὴ βούλεται καὶ ἐνεργεῖ ἀνεμποδίστως, τοῦτο καὶ πρῶτον ἐφ᾽ ἡμῖν. ὁ δὲ θεωρητικὸς νοῦς καὶ πρῶτος, οὕτω τὸ ἐφ᾽ ἑαυτὸ, διότι τὸ ἔργον αὐτοῦ B μηδαμῶς * εἰς ἄλλο, ἀλλὰ πᾶς ἐπέ ἀπλαι πρὸς αὐτόν. καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, αὐτός. καὶ ἐν τῷ ἀγαθῷ κείμενος, ἀνενδεὴς καὶ πλήρης ὑπάρχων. καὶ οἷον κατὰ βούλησιν ζῶν· ἡ δὲ βούλησις, ἡ νόησις. βούλησις δ᾽ ἐλέχθη, ὅτι κατὰ νοῦν. καὶ γὰρ λεγομένη βούλησις, τὸ κατὰ νοῦν μιμεῖται. ἡ γὰρ βούλησις, θέλει τὸ ἀγαθὸν· τὸ δὲ νοεῖν ἀληθῶς, ἐστὶν ἐν τῷ ἀγαθῷ. ἔχει οὖν ἐκεῖνος, ὅπερ ἡ βούλησις θέλει. καὶ οὗ τυχοῦσα αὕτη νόησις γίνεται. C εἰ οὖν βουλήσει τοῦ ἀγαθοῦ ἐτίθεμεν τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν, τὸ ἤδη ἐν ᾧ θέλει ἡ βούλησις εἶναι ἱδρυμένον, πῶς οὐ τὸ ἐφ᾽ ἑαυτῷ ἔχει. ἢ μεῖζον εἶναι θετέον, εἰ μή τις ἐθέλει εἰς τοῦτο ἀναβαίνειν τὸ ἐφ᾽ αὐτῷ.

* εἰπ᾽ ἄλλο

*Si anima per virtutem intellectualẽ ſit quandoque libera , ſequitur vt intellectus primò ſit libera. Item ſi intellectus vitam poſsidet ſummopere liberam atque voluntariã, quoniam ipſi bono ſit quamproximus , meritò ipſum bonum eſt ipſa libertas.*

*Cap. VII.*

*Si ſeruitus & fortuna circa inferiora verſantur, ſed libertas & ordo ad ſuperiora pertinent , & quod quid ſuperius ea eſt ordinatius pariter & liberius, certè principium omnium neque fortuitum eſt, neque coactum: quippe cum ſit ordinis omnis, ac liberæ auctoritatis origo. In quo cum tanquam ſummo bono ſit tota voluntarij ratio, tota eſt, & ratio libertatis. Vbi ſi modò eſſentia & actio nominari poſsint, non potes dicere actionem eſſentiæ ſuæ ſeruire: quippe cum nulla ſit ibi diſtinctio. Quapropter ſi quemadmodum exiſtit naturaliter, ita & agit, viciſsim ſicut agit, ita naturaliter & exiſtit. Sed de his in Theologia noſtra ſatis diximus.*

A EVADIT igitur anima per menté libera ad bonũ abſq; impediméto ſe cóferens, quódue propter hoc agit, cóſiſtit in ipſa. Intellectus aũt per ſe ipſum liber. Ipſius verò boni natura, eſt ipſum quod omnibus appetendũ, & ꝓpter quod habét alia quod conſiſtat in eis, quando hoc quidé ſine impediméto cóſequi poteſt, illud auté iá poſsidere. Ipſum itaq; omniũ dominũ, quę ſub eo precioſa céſentur, primaq́; in ſede cõſtités, ad quod cætera paſsim aſcédere B volũt, pendétq́; ex illo, & ab eo vires accipiũt, per quas habere mun⁹ poſsint quod cóſiſtat in ipſis, quóná pacto poterit aliquis ad hác ipſá códitioné redigere, in qua eſt propriè quod vel in me vel in te cóſiſtere dicitur? Quádoquidé ipſe intellectus ad hác códitioné vix quidé, & violétia quadá tractus eſſe videtur: niſi quis fortè temerarius ſermo aliũde huc iniectus afferat, naturá primá ſorte quadá id nactá fuiſſe, vt ſic ſe C haberet, vt habet, neq; huius ipſi⁹ quod eſt, exiſtere dominá: cũ videlicet hoc ipſum quod eſt nó ſit à ſeipſa. ideoq́; nec libertaté, nec quod in ea cóſiſtat habere: q̃ppe cũ faciat vel nó faciat, quod facere, vel nõ facere eſt iá neceſsitate cópulſa. Qui ſanè ſermo aduerſ⁹ in ſe eſt, & in cert⁹, omnéq; volũtarij ac liberi, ei⁹q́; quod eſt in nobis naturá & rationé è medio tollit: adeò ut fruſtra hęc nominẽtur à nobis, ſintq́; voces q̃dá nusq̃ exiſtẽtiũ rerũ. Sermonis náq; illi⁹ auctor fateri cõpellitur, nõ ſolũ nihil eſſe auctoritatis in ali

A ΓΙΝΕΤΑΙ οὖν ψυχὴ μὲν ἐλευθέρα διὰ νοῦ, πρὸς τὸ ἀγαθὸν σπεύδουσα ἀνεμποδίστως. καὶ ὃ διὰ τοῦτο ποιεῖ, ἐφ᾽ ἑαυτῇ. νοῦς δὲ δι᾽ αὐτόν. ἡ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ φύσις, αὐτὸ τὸ ἐφετόν. καὶ δι᾽ ὃ τὰ ἄλλα ἔχει, τὸ ἐφ᾽ ἑαυτοῖς, ὅταν τὸ μὲν, τυγχάνειν ἀνεμποδίστως δύνηται. τὸ δὲ ἔχειν πῶς δὴ αὐτὸ τὸ κύριον ἁπάντων τῶν μετ᾽ αὐτὸ τιμίων καὶ ἐν πρώτῃ ἕδρᾳ ὄν, πρὸς ὃ τὰ ἄλλα B ἀναβαίνειν θέλει, καὶ ἐξήρτηται αὐτοῦ, καὶ τὰς δυνάμεις ἔχει παρ᾽ αὐτοῦ, ὥστε δύνασθαι τὸ ἐπ᾽ αὐτοῖς ἔχειν, πῶς ἄν τις εἰς τὸ ἐπ᾽ ἐμοὶ ἢ ἐπί σοι ἄγοι. ὅπου καὶ νοῦς μόλις, ὅμως δὲ βίᾳ εἵλκετο. εἰ μή τις τολμηρὸς λόγος * ἑτέρωθεν σταλεὶς λέγοι, ὡς τυχοῦσα οὕτως ἔχειν ὡς ἔχει, καὶ οὐκ οὖσα κυρία τοῦ ὅ ἐστιν. οὖσα τοῦτο ὅ ἐστιν, οὐ παρ᾽ αὐτῆς, οὔτε τὸ ἐλεύθερον ἂν ἔχοι, οὔτε τὸ ἐπ᾽ αὐτῇ ποιοῦ- C σα, ἢ μὴ ποιοῦσα, ὃ ἠνάγκασται ποιεῖν, ἢ μὴ ποιεῖν ὅς δὴ λόγος, ἀντίτυπός τε καὶ * ἄπειρος, καὶ παντάπασι τὴν τοῦ ἑκουσίου τε * καὶ ἑκουσίου φύσιν καὶ τὴν ἔννοιαν τοῦ ἐφ᾽ ἡμῖν εἴη ἀναιρῶν, ὡς μάτην εἶναι ταῦτα λέγεσθαι, καὶ φωνὰς πραγμάτων ἀνυποστάτων. οὐ γὰρ μόνον μηδὲν ἐπὶ μηδενὶ εἶναι λέγοι,

* ἄπορος
* καὶ αὐτεξουσίου φύσιν

quo

ἀλλ' οὐδ' ἢ νοεῖν, οὐδὲ συνιέναι ἀναγκαῖον αὐτῷ λέγειν ταύτην τὴν φωνήν. εἰ δὲ ὁμολογεῖ συνιέναι, ἤδη ἂν ῥᾳδίως ἐλέγχοιτο τῆς ἐννοίας τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἐφαρμοζομένης, οἷς ἐφαρμόττειν οὐκ ἔφη. ἡ γὰρ ἔννοια τὴν οὐσίαν οὐ πολυπραγμονεῖ, * οὐδὲ ἐκείνην προσλαμβάνει. ἀδύνατον γὰρ * ἑαυτῇ τι ποιεῖν, καὶ εἰς ὑπόστασιν ἄγειν. ἀλλὰ ἐθέλει θεωρεῖν ἡ ἐπίνοια τί τῶν ὄντων δοῦλον ἑτέρων. καί τι ἔχει τὸ αὐτεξούσιον, καί τι μὴ ὑπ' ἄλλῳ. ἀλλ' αὐτὸ τῆς ἐνεργείας κύριον, ὃ καθαρῶς τοῖς ἀϊδίοις ὑπάρχει, καὶ τοῖς καθὸ εἰσὶ ἀΐδιοι, καὶ τοῖς ἀκωλύτως τὸ ἀγαθὸν διώκουσιν, ἢ ἔχουσιν. ὑπὲρ δὴ ταῦτα τοῦ ἀγαθοῦ ὄντος αὐτοῦ, οἷον ἄλλο παρ' αὐτοῦ ἀγαθὸν ζητεῖν, ἄτοπον. ἐπεὶ καὶ τὸ κατὰ τύχην λέγειν αὐτὸ εἶναι, οὐκ ὀρθόν. ἐν γὰρ τοῖς ὕστερον καὶ ἐν πολλοῖς ἡ τύχη. τὸ δὲ πρῶτον, οὔτε κατὰ τύχην ἂν λέγοιμεν, οὔτε οὐ κύριον τῆς αὐτοῦ γενέσεως, ὅτι μηδὲ γέγονε. τὸ δὲ ὅτι ὡς ἔχει ποιεῖ, ἄτοπον. εἴ τις ἀξιοῖ τότε εἶναι τὸ ἐλεύθερον, ὅταν παρὰ φύσιν ποιῇ ἢ ἐνεργῇ. οὐδὲ δὴ τὸ τὸ μοναχὸν ἔχον ἀφῄρηται τῆς ἐξουσίας, εἰ τὸ μοναχὸν, μὴ τῷ κωλύεσθαι παρ' ἄλλου ἔχοι, ἀλλὰ τῷ τοῦτο * αὐτὸ μόνον. καὶ οἷον ἀρέσκειν ἑαυτῷ, καὶ μὴ ἔχειν ὅτι κρεῖττον αὐτοῦ. ἢ οὕτω γε τὸ μάλιστα τυγχάνον τοῦ ἀγαθοῦ, ἀφαιρήσεταί τις τὸ αὐτεξούσιον, εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, ἀτοπώτερον ἂν γίνοιτο αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν ἀποστερεῖν τοῦ αὐτεξουσίου, ὅτι ἀγαθὸν, καὶ ὅτι ἐφ' ἑαυτοῦ μένει. οὐ δεόμενον κινεῖσθαι πρὸς ἄλλο, τῶν ἄλλων κινουμένων πρὸς αὐτό. * οὐδὲν δεόμενον πρὸς οὐδενός. ὅταν δὲ δὴ ἡ οἷον ὑπόστασις αὐτοῦ, ἡ οἷον ἐνέργεια ᾖ, οὐ γὰρ ἡ μὲν, ἕτερον, ἡ δὲ, ἕτερόν ἐστιν, εἴ γε μηδὲ ἐπὶ τοῦ νοῦ τοῦτο. ὅτι μᾶλλον κατὰ τὸ εἶναι ἡ ἐνέργεια, ἢ κατὰ τὴν ἐνέργειαν τὸ εἶναι. ὥστε οὐκ ἔχει τὸ ὡς πέφυκεν ἐνεργεῖν. οὐδὲ ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ οἷον ζωὴ, ἀνενεχθήσεται * εἰς τὴν οἷον οὐσίαν. ἀλλ' ἡ οἷον οὐσία συνοῦσα καὶ οἷον συγγενομένη ἐξ ἀϊδίου τῇ ἐνεργείᾳ, ἐξ ἀμφοῖν * αὐτὸ ποιεῖν καὶ ἑαυτοῦ καὶ οὐδενός.

Margin notes: * εἰ δὲ ἐκείνην προσπαραλαμβάνει · * ἑαυτοῦ · * αὐτὸ εἶναι · * καὶ οὐδὲν δεόμενον οὐδενός · * εἰς τὴν οὐσίαν · * αὐτὸ αὐτὸ ποιεῖ

A quo verum etiam ſe nec intelligere, neque vllo modo cognoſcere quid vox eiuſmodi ſibi velit. Quòd ſi cognoſcere id affirmet, iam facilè refelletur, ratione videlicet eius quod eſt in nobis congruēte cũ illis, quibus non accōmodari dicebat. Ipſa nanq; rei notio nec diſturbat eſſentiam, nec eam adauget cum alio aſſumēdo: Non poteſt enim aliquid per ſe facere, ac perducere quippiã ad ſubſtantiam, vel exiſtentiã: ſed B conatur notio meditari quidnam inter alia ſeruiat alijs, quidue habeat libertatē: nec ſubijciatur alijs in agendo, ſed ſuæ ſit dominus actionis. Quod quidē munus purè cōuenit ſempiternis, & ijs quidem, quatenus ſempiterni ſunt: & omnino qui bonũ abſq; impedimento vel iam habent, vel etiã proſequuntur. Proinde abſurdũ dictu eſt, bonum ipſum omnibus his, ſuperius tanquam aliud vltra ſeipſum bonum deſiderare. Tum verò nullo modo rectè dicitur ipſum fortuna quadam exiſtere: in rebus C namque poſteriorbus, ac multis fortuna cōtingit: ipſum verò primum neque ſecundum fortunam eſſe fas eſt aſſerere: neque rurſus ſuæ generationis dominum non exiſtere, quoniã neque genitum quidem eſſe poteſt. Præterea quãdo quis negat primum eſſe liberum, propterea quod ita duntaxat faciat, vt ſe naturaliter habet, abſurdum eſt, ſiquis exiſtimet quippiã tũc eſſe liberum, quando præter naturam facit vel D operatur. Neq; verò quòd vnica ratione ſe habet, ob hoc ipſum libertate priuatur: ſi vnicum hoc non ex eo habeat, quòd habere aliud cohibeatur ab alio, ſed ex eo quòd ipſum propriè ſit hoc ipſum, ſicq; ſibi ipſi placeat, neq; liceat, neque libeat aliquid excellētius eſſe: alioquin poſſet aliquis quod maximè compos eſt boni, aſſerere libertate priuatum. Sin autem id foret abſurdum, multò abſurdius erit ipſum bonum libertate priuare: quoniam bonum, & quia permanet in ſeipſo, nec moueri ad aliud E vſquam indiget: cum alia potius moueantur ad illud, nec ipſum vlla conditione indigeat aliquo. Denique cum ipſa velut eius ſubſtãtia, ſit ipſa velut eiuſdem actio: neq; enim hæc quidem aliud, illa verò eſt aliud: ſiquidem nec in intellectu etiam diſcrimen id accidit: profectò non magis ſecundũ eſſe illic editur actio, quàm ſecundum actionem eſſe conſiſtat. Quapropter nec illic cōditioni ſubijcitur, vt ſic operetur, ſicut eſt naturaliter inſtitutum. Neque actio & velut vita in ipſam velut eſſentiam redigetur: ſed ipſa illic velut eſſentia quaſi conſpirans cum actione, & tanquam in vnum ab æterno conflata, idem omnino conficit ex ambobus. quod quidem & nullius ſit, & ſui ipſius duntaxat exiſtat.

*Neq; libertatē neq; aliud quicquã venerandũ attribuere Deo debemus ea ratione qua ſequentibus, ſed ineffabili. Eiuſmodi conditio qua aliquid ſic exiſtat & agat, ſicut ad hoc eſt naturaliter inſtitutum, rebus ſubiectis tempori propriè competit, æternis translatione quadam, eſſentiæ primæ abuſione quadam. Nam propriè dicitur ex ſeipſa exiſtere: principio nullo modo. Sors uerò contingens tam remota eſt à primo, vt vix etiam reperiatur in vltimis ordinante primo.*

*Caput VIII.*

ΗΜΕΙ͂Σ δὲ θεωροῦμεν οὐ συμβεβηκὸς τὸ αὐτεξούσιον ἐκείνῳ, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν περὶ τὰ ἄλλα αὐτεξουσίων, ἀφαιρέσει τῶν ἐναντίων, αὐτὸ ἐφ' ἑαυτὸ πρὸς αὐτὸ, τὰ ἐλάττω ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων μεταφέροντες, ἀδυναμίᾳ τοῦ τυχεῖν τῶν, ἃ προσήκει λέγειν περὶ αὐτοῦ, ταῦτα ἂν περὶ αὐτοῦ εἴποιμεν: καίτοι οὐδὲν ἂν εὕροιμεν

A NOS vtique cogitamus libertatis munus illi non tanquam accidens aliquod conuenire, ſed à muneribus libertatis quæ attribuuntur alijs ſubtractione videlicet contrariorũ ipſum in ſeipſo ad ſeipſum excogitamus, dum minora à minoribus illucusque transferimus: quippe cum illa quæ de illo decet loqui, conſequi nequeamus. Atque ita de illo hæc loqui contingit: tametſi nihil inuenire poſſimus,

quod ritè loquamur, nedū prædicando de illo, ſed nec ei vlla propriè ratione accomodando. Omnia namq; & pulchra & veneranda poſteriora ſunt illo. Illud enim horum omnium eſt principium, quamuis modo etiam alio nō principium, cum omnia ſecernamus ab eo, ideoq; quod liberum arbitrium operandi, quòdue in ipſo cōſiſtere dici ſolet, velut poſterius aliquid ſeiungamus ab illo. Id namque actionem in aliud tendentem ſignificare videtur: tendentem inquam abſq; impedimento. itē eſſe & alia quę ad idem non impedita cōtendant: omnino verò ad nullum oportet primum ipſum dicendo referre. Eſt enim hoc ipſum quod exiſtit etiam ante omnia, quandoquidem & hoc quod dicitur eſt, ab eo ſecernimus: ideoq; eſſe quoquomodo ad entia rite negamus. Proinde neq; ſic exiſtere id dicemus, ut eſt naturaliter inſtitutum. nam & hoc poſterius eſt. Atq; ſi de ſupernis quoque dicatur, certè de illis quæ ex alio ſunt, dicetur. Itaq; de eſſentia primò dicetur quoniam nata eſt ex illo. Quod ſi in rebus ſubiectis tempore natura verſatur, nimirum neq; de eſſentia ipſa dicemus, ita vt nata fuerit ſe habere: neque ſanè dicendum eſt eſſentiam ex ſe ipſa nō eſſe. ſic enim & eſſe ipſum auferremus. Et profectò non à ſeipſa diceretur eſſe, quādo eſſe acciperet aliunde. Num igitur de ſummo rerum principio dicendum eſt, ſic exiſtere contigiſſe: ſed certè neque contigiſſet dicendum. Neq; enim ipſi contigit, neque ad aliud accidit. In rebus namque multis contingentia locum habet: vbi hæc quidē ſunt, hoc autē his accidit. Qua igitur ſorte primū ipſum eueniſſe poteſt? Neq; enim venit, vt quærere quomodo venerit nos oporteat, & quæ nam fortuna perduxerit ipſum vel cōſtituerit: quando neque fortuna quidem erat, neq; caſus fortuitus vllo modo. Caſus enim & ab alio accidit, & in his quæ fiunt contingere ſolet.

A εἰπεῖν οὐκ ὅτι κατ' αὐτοῦ, ἀλλ' οὐδὲ περὶ αὐτοῦ κυρίως. πάντα γὰρ ἐκείνου καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ σεμνὰ ὕστερα. τούτων γὰρ αὐτὸς ἀρχή, καίτοι ἄλλον τρόπον οὐκ ἀρχή. ἀποτιθεμένοις δὲ πάντα καὶ τὸ * ὑπ' αὐτῷ ὡς ὕστερον, καὶ τὸ αὐτεξούσιον. * ἐπ' αὐτῷ
ἤδη γὰρ εἰς ἄλλο ἐνέργειαν λέγει. καὶ ὅτι ἀνεμποδίστως, καὶ ὄντων ἄλλων τῶν εἰς αὐτὰ ἀκωλύτως. δεῖ δὲ ὅλως πρὸς οὐδὲν αὐτὸν λέγειν, B ἔστι γὰρ ὅπερ ἐστὶ καὶ πρὸ αὐτῶν. ἐπεὶ καὶ τὸ, ἔστιν ἀφαιροῦμεν. ὥστε * καὶ τὸ πρὸς τὰ ὄντα ὁπωσοῦν. * ἐ πρὸς τὰ ὄντα ὁπωσοῦν
οὐδὲ δεῖ τὸ ὡς πέφυκεν, ὕστερον γὰρ καὶ τοῦτο, καὶ εἰ λέγοιτο, καὶ ἐπ' ἐκείνων, ἐπὶ τῶν ἐξ ἄλλου ἂν λέγοιτο, ὥστε πρώτως ἐπὶ τῆς οὐσίας, ὅτι ἐξ ἐκείνου ἔφυ. * εἰ δὲ τοῖς ἐν χρόνῳ ἡ φύσις, οὐδὲ ἐπὶ τῆς οὐσίας, οὐδὲ δὴ τὸ οὐ παρ' αὐτῆς, εἶναι λεκτέον. * εἰ δ' ἐν τοῖς χρόνῳ ἡ φύσις
τό, τε γὰρ εἶναι ἀφῃροῦμεν. C τό, τε οὐ παρ' αὐτῆς λέγοιτο ἄν, ὅταν ὑπ' ἄλλου. οὕτως οὖν συνέβη, ἢ οὐδὲ τὸ συνέβη * λεκτέον. οὔτε γὰρ αὐτῷ, οὔτε πρὸς ἄλλο, ἐν γὰρ πολλοῖς τὸ συνέβη. ὅταν, τὰ μὲν ᾖ, τὸ δέ, ἐπὶ τούτοις συμβῇ. πῶς οὖν τὸ πρῶτον συνέβη; οὐδὲ γὰρ ἦλθεν, ἵνα ζητῇς. πῶς οὖν ἦλθε τύχη τίς ἤγαγεν ἢ ὑπέστησεν αὐτό: ἐπεὶ, οὐδὲ τύχη πω ἦν, οὐδὲ τὸ αὐτόματον δέ, καὶ γὰρ τὸ αὐτόματον, D καὶ παρ' ἄλλου καὶ ἐν γινομένοις. *ἀκτίον

*Non licet fingere contingenter eueniſſe, vt hoc ipſum quod nunc omnium principium eſt, omnium ſit principiū, quaſi contingere potuerit aliud, & aliter affectum fore principium. Cap. IX.*

*Vnica enim eſt principij ratio, ipſa videlicet ſummitas, quam & infinitatem poſſumus nominare, quæ cum alijs præſertim propinquioribus firmitatem neceßitatemque imponat, meritò non eſt contingenter, ſed neceſſariò, imò eſt ipſa neceßitas. Et quoniā primum eſt & ipſum bonum, ideo eſt & ſua ſponte neceßitas: neque quodlibet contingenter extitiſſe potuit: neque rurſus oportuit eſſe, vel eſt determinatum hoc aut illud, ſed eſt plus quàm vniuerſa poteſtas neceſſariò, pariter, atque vltro id ipſum quod eſt exiſtens.*

VERVM ſiquis hoc ipſum quod dici ſolet, contigit vel euenit, acceperit ad ipſum idē, non decet in appellatione hac immorari, ſed qua ratione qui hoc dicit intelligat animaduertere. Quidnam igitur id ſibi vult? Nunquid ipſum naturā hanc poteſtatē habēs, principiū extitiſſe? Ac ſi quam aliam habuiſſet, poſſe etiam extitiſſe principium, ſecundum hoc ipſum quod eſſet, & ſi fortè deterius, eſſet tamen ſecūdum ſuam eſſentiam operatum. Ad hæc autem obijciendum eſt, fieri non potuiſſe, vt cū principium eſſet omnium, contingens fortuitúmue foret: ac ne dum contigiſſe poſſe deterius, ſed neque etiam bonum quidem, aliter verò bonum velut aliquid indigentius. Sed oportet principium omnium eſſe ſequentium præſtantiſsimum: ideoque quaſi determinatum quiddam, determinatum inquam, propter ſingularem & vnicam rationem. Neq; tamen ita determinatū, & vnica ratione cōſiſtēs, quaſi ex neceſsitate dico. Nōdū enim neceſsitas erat. In his enim quæ

A ἈΛΛᾺ πρὸς αὐτὸ εἴτις λαμβάνοι τὸ συνέβη. οὔτι δὴ πρὸς τὸ ὄνομα ἵστασθαι, ἀλλὰ ὅπως νοεῖ ὁ λέγων συνιέναι. τί οὖν νοεῖ τοῦτο, ὅτι ταύτην ἔχον τὴν φύσιν καὶ τὴν δύναμιν ἀρχήν; καὶ γὰρ εἰ ἄλλην εἶχεν, ἦν ἂν ἀρχὴ τοῦτο, ὅπερ ἦν, καὶ εἰ χεῖρον ἐνήργησεν ἄν, κατὰ τὴν αὐτοῦ οὐσίαν. πρὸς δὴ τὸ τοιοῦτον λεκτέον. ὅτι μὴ οἷόν τε ἦν ἀρχὴν οὖσαν πάντων, τὸ τυχὸν εἶναι, μὴ ὅτι χεῖρον, ἀλλ' οὐδ' ἀγαθὸν μέν, B ἀγαθὸν δ' ἄλλως, οἷον ἐνδεέστερον. ἀλλὰ δεῖ κρείττονα εἶναι τὴν ἀρχήν, πάντων τῶν μετ' αὐτήν. ὥστε ὡρισμένον τι. λέγω δὲ ὡρισμένον, ὅτι μοναχῶς καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης. οὐδὲ γὰρ ἦν ἀνάγκη. ἐν γὰρ τοῖς

ἑπομένοις τῇ ἀρχῇ, ἡ ἀνάγκη. καὶ οὐδὲ αὕτη ἔ-
χουσα ἐν αὐτοῖς τὴν βίαν. τὸ δὲ μοναχὸν τοῦτο,
παρ' αὐτοῦ τοῦτο οὖν καὶ οὐκ ἄλλο. ἀλλ' ὅπερ
ἐχρῆν εἶναι, οὐ τοίνυν οὕτω συνέβη, ἀλλ' ἔδει οὕ-
τω. τὸ δ' ἔδει τοῦτο, ἀρχὴ τῶν ὅσα ἔδει. τοῦτο τοί-
νυν, οὐ κἂν οὕτως εἴη ὡς συνέβη. οὐ γὰρ ὅπερ ἔτυχ'
* οὐ δὲ ὅπερ ἐχρῆν ἐστιν, ἀλλ' ὅπερ ἐχρῆν εἶναι. μᾶλλον ἤ, *οὐδ' ὅ-
πως ἐχρῆν. ἀλλὰ ἀναμένειν δεῖ τὰ ἄλλα, τί ποτε
αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς φανείη. καὶ τοῦτο ὅπερ ἐστὶν αὐ-
τὸς, τοῦτο αὐτὸν θέσθαι. οὐχ' ὡς συνέβη φανέντα.
ἀλλὰ ὄντως βασιλέα καὶ ὄντως ἀρχὴν, καὶ
τὸ ἀγαθὸν ὄντως, οὐκ ἐνεργοῦντα κατὰ τὸ ἀγα-
θόν. οὕτω γὰρ ἂν δόξειεν ἕπεσθαι ἄλλῳ. ἀλλ' ὄν-
τα ἕν, ὅπερ ἐστὶν, ὥστε οὐ κατ' ἐκεῖνο, ἀλλ' ἐκεῖ-
* συνέβη νο. εἰ τοίνυν οὐδὲ ἐπὶ τοῦ ὄντος * τὸ συνέβη. τῷ
γὰρ ὄντι, εἴ τι συμβήσεται τὸ συνέβη, ἀλλ' οὐκ αὐ-
* οὕτως τὸ τὸ ὂν συνέβη, οὐδὲ συνέκυρσε τὸ ὂν * ὄντως
εἶναι. οὐδὲ παρ' ἄλλου τὸ * ὄντως εἶναι ὂν ὡς ἐστιν.
* οὕτως * ὄντος ἀλλ' αὕτη * ὄντως φύσις ὂν εἶναι. πῶς ἄν τις
ἐπὶ τοῦ ἐπέκεινα ὄντος τοῦτο ἐνθυμοῖτο, τὸ οὕτω
συνέβη, ᾧ ὑπάρχει γεγεννηκέναι τὸ ὂν, ὃ οὐχ'
* ἀλλ' ἔστιν οὕτω συνέβη. * ἀλλ' εἰ ἔστιν, ὡς ἔστιν ἡ οὐσία οὖσα,
ὅπερ ἐστίν. καὶ ὅπερ ἐστὶ νοῦς. ἐπεὶ οὕτως τις καὶ
τὸν νοῦν εἴποι, οὕτω συνέβη νοῦν εἶναι. ὥσπερ ἄλ-
λο τι ἂν τὸν νοῦν ἐσόμενον. ἢ τοῦτο ὃ δὴ φύσις ἐ-
* οὐ παρεκβεβηκὸς στὶ νοῦ. τὸ δὴ * ὑπερεκβεβηκὸς ἑαυτὸ, ἀλλ' ἀ-
κλινὲς ὂν ἑαυτοῦ, αὐτὸ ἄν τις κυριώτατα λέγει
εἶναι ὅ ἐστι. τί ἂν οὖν τις λέγει ἐκεῖ, εἰς τὸ ὑπὲρ
τοῦτο ἀναβὰς, καὶ εἰσιδών: ἆρα γε τὸ οὕτως ὡς
εἶδεν αὐτὸν ἔχοντα τὸ οὕτω συνέβη, ἢ οὔτε τὸ οὕτω,
οὔτε τὸ ὁπωσοῦν συνέβη; ἀλλ' οὐδὲ ὅλως τὸ
συνέβη, ἀλλὰ τὸ οὕτω μόνον, καὶ οὐκ ἂν ἄλλως.
ἀλλ' οὕτως. ἀλλ' οὐδὲ τὸ οὕτως. οὕτω γὰρ ἂν ὁρίσας
εἴης καὶ τόδε τι. ἀλλ' ἔστι τῷ ἰδόντι οὐδὲ τὸ οὕτως
εἰπεῖν δύνασθαι. οὐδ' αὖ τὸ μὴ οὕτως. τί γὰρ ἂν
εἴποις αὐτὸ τῶν ὄντων, ἐφ' ὧν τὸ οὕτως. ἄλ-
λο τοίνυν παρ' ἅπαντα τὸ οὕτως. ἀλλ' ἀόριστον
* φήσεις δὲ ἰδὼν αὐτὸ, πάντα μὲν ἕξεις εἰπεῖν, τὰ μετ' αὐ-
οὐδὲν ἐκεῖνον εἶναι τό. * φύσεως δὲ οὐδὲν ἐκείνων εἶναι. ἀλλὰ εἴ-
* κυρίαν περ δύναμιν πᾶσαν, αὐτῆς ὄντως * κυρίως,
τοῦτο οὖσαν ὃ θέλει, μᾶλλον δὲ ὃ θέλει, ἀπορρί-
ψασαν εἰς τὰ ὄντα. αὐτὴν δὲ μείζονα παντὸς
τοῦ θέλειν οὖσαν, τὸ θέλειν μετ' αὐτὴν θεμέ-
νην, οὔτ' οὖν αὐτὴ ἠθέλησε τὸ οὕτως, ἵνα ἂν εἵ-
πετο, οὔτε ἄλλος πεποίηκεν οὕτως.

A quæ ſequuntur principium, neceſsitas dominatur: neque hæc quidem violentiã eis infert. Vnicum verò hoc & ſingulare poſsidet à ſeipſo. Hoc ipſum igitur eſt non aliud: ſed quod expediebat ſiue debeat eſſe. Non igitur ita contigit, ſed oportuit ita. Hoc ipſum verò quod oportuit dicitur, omnium eſt, quæ oporteat eſſe principium. Hoc igitur nequaquam ita eſt, vt cõtigit, nõ enim vt ſorte incidit, extat: ſed quod oportebat eſſe. imò verò neq; id quidẽ quod o-
B portuerit eſſe. Iam verò decet alia expectare quid quandoq; res illis appareat, idq; duntaxat quod exiſtit ipſe illum prorſus aſſeuerare, certè nõ vt euenit apparẽtẽ, ſed verè regẽ, verè principiũ, verè bonũ. Nec ſecundũ bonũ quidẽ agẽtem, ſic enim ſequi alterũ videretur, ſed vnum hoc ipſum quod eſt penitus exiſtentẽ. Itaq; nec ſecundũ bonũ agere, ſed ipſum prorſus exiſtere bonum. Si ergo neq; in ipſo quidem ente aliquid eſt cõtingens: alioquin ens quiddã foret,
C & certè cuidam enti incideret aliquid, non tamen ipſum ens vllo modo contigit, neq; ſorte quadã nactum eſt ens ipſum ita eſſe: nec ab alio ſic eſſe ens, vt eſt, accepit, ſed ipſa natura entis eſt ens exiſtere: quónam modo aliquis in eo quod ente ſuperius extat, cõditionẽ hanc ſcilicet ita contigiſſe vel eueniſſe poterit cogitare? quippe cũ illud ens ipſum genuerit. Quod quidẽ non ita cõtigit, ſed eſt prout eſt eſſentia ipſa exiſtẽs hoc ipſũ quod eſt eſſentia, & hoc ipſũ quod eſt
D intellectus: alioquin ſimili quiſpiã ratione intellectum quoque dixerit ſic accidiſſe, perinde quaſi aliud quiddam intellectus fore potuerit, præter hoc quod natura ipſius exiſtit. Quod itaq; naturã propriã nõ trãſgreditur, nec vſquã à ſeipſo declinat, facilè quis potiſsimũ hoc ipſum quod eſt, exiſtere dixerit. Quidnam igitur dicet ille qui hoc quoq; tranſcenderit, ſummũque inſpexerit? Nunquid queadmodũ ipſum viderit ſe habere, ita & contigiſſe? ſed profectò
E neque ſic neque quolibet modo contigiſſe dicendum, imò nec omnino & ſimpliciter accidiſſe. An igitur dici poteſt ita ſolum, neque aliter, ſed duntaxat ita? imò verò neq; hoc ipſum quod dicitur ita, vel hoc modo illi eſt aſsignãdum: alioquin eo pacto circũſcriberes ipſum, & hoc aliquid redderes. Nẽpe qui cernit illud, neque ita debet dicere, neque non ita, alioquin aliquid ipſum ex rerum numero dixeris, quib. ineſt hoc ipſum, quod ita vel hoc modo dici ſolet. Eſt igitur aliud præter omnia, quæ ita &
F hoc modo ſe habere dicuntur. Tu verò cum ipſum inueneris infinitum, omnia quidem quæ ſunt poſt illud dicere poteris. Illud autẽ nullũ eorum eſſe dices, ſed tanquam vniuerſam poteſtatem reuera ſui ipſius dominam, quódue vult exiſtentem. Imò verò hoc ipſum quod vult in res ipſas proijcientem, dum videlicet ipſa excellentior eſt omni voluntatis actu, actumque eiuſmodi ſibi ſubdit. Neque igitur ipſa hoc ipſum voluit, quod dicitur ita ſe habere, adeo vt id ſecum ipſa dixerit, neque quiſquam alius, vt ita ſe haberet effecit.

*Cum principium omnibus formam & terminum, ordinemq; imponat, atque ordo rationalis ſit fortunæ contrariùs, meritò ſi principium fortuitum rebus inciderit, nullus vſquam ordo reſtabit. Quod principium vnicè firmiterque ſit, maneatq; hoc ipſum quod iam exiſtit, nec aliunde ſortitur: Hæc enim ipſa eius natura eſt. Nec vlla debilitas in cauſa eſt, vt nec aliud extitiſſe, nec ad aliud proceſsiſſe potuerit. Eſſe enim & permanere immenſam bonitatem atque poteſtatem, hæc ipſa eſt ſumma libertas pariter & poteſtas.* **Caput X.**

INTERROGARE licet eum qui Deú ait ſic accidiſſe, quá nam conditione fieri poſſe exiſtimet, vt deprehendatur contingentiá eſſe falſam, ſicubi falſa fuerit? Quóue pacto quiſpiá ipſam auferat contingentiam? Atqui ſiqua natura ſit tollens è medio contingentiam, profectò conditio contingentis cum natura non cógruet. Si enim naturá hoc ipſum quod eſt ſorte contingere ab alijs cunctis auferentem, fortunæ cómittas, nuſquá dabitur aliquid quod non caſu proueniat. Tollit autem ab omnibus fortuitam contingentiam, ipſum principium aliorum, ſpeciem, terminum, formam vnicuiq; tribuens, neque fas eſt vſquam in rebus ſic ratione diſpoſitis, fortunę ſeriem hanc aſcribere. Sed cauſam hic rationi aſsignádo, ſic putamus cauſam afferendam. In rebus autem quæ nec ex antecedenti p opoſito fiunt, neq; procedũt ordine conſequentis, ſed caſu potius incidunt, fortuna verſatur. Ipſum verò rationis omnis & ordinisterminique principium q uóná pacto, quiſp m fortuita quadam ſorte conſtare conceſſerit? Fortuna certè multorum domina eſt, intellectum verò & rationem & ordinem generare non poteſt. Nempe cum fortuna rationis contraria videatur, nullo modo poteſt eſſe genitrix rationis. Si ergo fortuna non generat intellectum, meritò neque quod eſt ſuperius ac melius intellectu. Nec enim habuiſſe poteſt vnde crearet, nec ipſa erat omnino nec prorſus in eſt ſempiternis. Quamobrem ſi nihil eſt ſuper illud, ipſumque exiſtit primò, ſiſtere in eo g adum expedit, neque vlterius de hoc aliquid dicere: ſed perſcrutari potius quomodo ſequentia facta fuerint: de illo verò nullo modo quomodo exortũ ſit indagare, quoniá reuera nó eſt natum. Quid ergo ſi ortum quidem non fuerit, eſt autem quale eſt, non exiſtens propriè eſſentiæ dominus? Ac ſi non eſſentiæ dominus ſit, ſed hoc ipſum quod eſt exiſtat, ſibi quidem ipſi non exhibens exiſtentiam, ſed ſeipſo qualiſcũque ſit vtens, ideoque hoc ipſum quod eſt neceſſariò ſit, nec aliter vnquam. Sed profectò nó propterea ita ſe habet, quia non aliter ſe habene potuerit, ſed quia optimum eſt ita ſe duntaxat habere. procedere quidem in melius non vbique volũtarium eſt: ad deteriu autem venire, nequaquam ab alio prohibitum eſſe poteſt: ſed quod in deterius nó deuenerit, à ſeipſo habet non deueniſſe, non propterea quod cohibitum fuerit: ſed quoniam illud hoc ipſum ſit, quod nullo modo proceſsit. Iam verò ad deterius deuenire non poſſe, nullam ſignificat in eo qui non venit debilitatem: ſed hoc ipſum non ire illud à ſe ipſo & propter ſeipſum habet. Quódue dicitur ad aliud nuſquam accedere, excellentiam in eo poteſtatis planè demonſtrat: dum videlicet ipſum non quidem neceſsitate conprehenditur, ſed neceſsitas eſt & lex omnium aliorum. Num igitur ipſa neceſsitas ſibimet præbuit exiſtentiam? imò verò neque extitit quidem: quippe cum cætera quæ ſunt poſt primum, virtute ipſius exiſtant. Quod igitur ſuper exiſtentiam ſiue ſubſiſtentiam eſt, quónam pacto vel ab alio vel à ſeipſo extitiſſe, vel ſubſtitiſſe dici debet?

A ΚΑῚ τοίνυν καὶ ἐρωτῆσαι χρὴ τὸν λέγοντα τῷ οὕτω συνέβη, πῶς ἂν ἀξιώσειε ψεῦδος εἶναι, τὸ συνέβη, εἴτι εἴη, καὶ πῶς αὖτις ἐφέλοι τὸ συνέβη, καὶ εἴ τις εἴη φύσις, ὅτι φύσει οὐκ ἐφαρμόζειν τὸ συνέβη, εἰ γὰρ τὴν τῶν ἄλλων ἀφαιροῦσαν τὸ οὕτω συνέβη ἀνατίθησι τύχῃ, ποῦ ποτε τὸ μὴ ἐκ τύχης εἶναι γένοιτο. ἀφαιρεῖ δὲ τὸ ὡς ἔτυχεν αὕτη ἡ ἀρχὴ τῶν ἄλλων, εἶδος B καὶ πέρας, καὶ μορφὴν διδοῦσα, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς οὕτω κατὰ λόγον γινομένοις, τύχῃ ἀναθεῖναι. ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο, λέγω τὴν αἴτιον, ἐν δὲ τοῖς μὴ * προηγουμένοις, καὶ μὴ ἀκολούθως, ἀλλὰ συμπτώμασιν ἡ τύχη. τὴν δὴ ἀρχὴν παντὸς λόγου τε καὶ τάξεως καὶ * ὅρου, πῶς αὖτις τὴν τούτου ὑπόστασιν ἀναθείη τύχῃ, καὶ μὴν, πολλῶν μὲν ἡ τύχη κυρία. νοῦ δὲ καὶ λόγου καὶ τάξεως C εἰς τὸ γεννᾶν ταῦτα, οὐ κυρία. ὅπου τε καὶ ἐναντίον * δοκεῖ εἶναι λόγῳ τύχη, πῶς ἂν γεννήτειρα αὐτοῦ γένοιτο. εἰ οὖν μὴ γεννᾷ νοῦν τύχη, οὐδὲ τὸ πρὸ νοῦ, οὐδὲ τὸ κρεῖττον νοῦ. οὔτε γὰρ εἶχεν * ὅτι γεννήσει, οὔτε ἦν τὸ παράπαν αὕτη οὐδ' ὅλως ἐν τοῖς ἀιδίοις. εἰ οὖν μηδὲν πρὸ ἐκείνου αὐτὸς δὲ πρῶτος, στῆναι ἐνταῦθα δεῖ, καὶ μηδὲν ἔτι περὶ αὐτοῦ λέγειν. ἀλλὰ τὰ μετ' αὐτὸ ζητεῖν, πῶς ἐγένετο. αὐτὸ δὲ μηκέτι ὅπως, * ὅτι μὴ τοῦ- D το ὄντως ἐγένετο, τί οὖν εἰ μὴ ἐγένετο. ἔστι δὲ οἷόν ἐστιν οὐκ ὂν τῆς αὐτοῦ οὐσίας κύριος. καὶ εἰ μὴ οὐσίαν δὲ ἀλλ' ὢν ὅς ἐστιν, οὐχ ὑποστήσας ἑαυτὸν, χρώμενος δὲ ἑαυτῷ οἷός ἐστιν, ἐξ ἀνάγκης τοῦτο ἂν εἴη ὅ ἐστι. καὶ οὐκ ἂν ἄλλως, ἢ οὐχ ὅτι οὐκ ἄλλως οὕτως. ἀλλ' ὅτι τὸ ἄριστον οὕτως. πρὸς μὲν γὰρ τὸ βέλτιον ἐλθεῖν, οὐ πᾶν αὐτεξούσιον, πρὸς δὲ τὸ χεῖρον ἐλθεῖν, οὐδὲν ὑπ' ἄλλου κεκώλυται. ἀλλ' ὅτι μὴ ἦλθε παρ' αὐτοῦ, οὐκ ἐλήλυθεν οὐ τῷ κε- E κωλύσθαι, ἀλλὰ τῷ αὐτὸ εἶναι, ὃ μὴ ἐλήλυθεν. καὶ τὸ ἀδύνατον ἐλθεῖν πρὸς τὸ χεῖρον, οὐκ ἀδυναμίαν σημαίνει τοῦ μὴ ἥκοντος, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ καὶ δι' αὐτὸν τὸ μὴ ἥκειν. καὶ τὸ μὴ ἥκειν πρὸς μηδὲν ἄλλο, τὴν ὑπερβολὴν τῆς δυνάμεως ἐν αὐτῷ ἔχει. οὐκ ἀνάγκῃ κατειλημμένου, ἀλλ' αὐτοῦ ἀνάγκης τῶν ἄλλων οὔσης καὶ νόμου. αὐ- F τὴν οὖν ἡ ἀνάγκη ὑπέστησεν, ἢ οὐδὲ ὑπέστη τῶν ἄλλων ὑποστάντων τῶν μετ' αὐτὸ, δι' αὐτό. τὸ οὖν πρὸ ὑποστάσεως, πῶς ἂν ἢ ὑπ' ἄλλου, ἢ ὑφ' αὐτοῦ ὑπέστη;

* προηγουμένους

* ὅρου

* δοκεῖ λόγου εἶναι τύχη

* ὅθεν γεννήσει

* ὅτι ὄντως τοῦτο μὴ ἐγένετο

*Ordo mirabilis vniuerſi intellectuali ratione perſpectus purgatis tandem mentis oculis principium ſuum offert, quaſi incomparabilem ſummi ..tem, ſimplicitatem, poteſtatem, bonitatem. Sed tu poſtquam principium ſimpliciter tibi ſic illuxerit, noli quid ſi.., & propter quid inquirere. Cap. XI.*

*Si enim quidnam ſit indagaueris, ad anguſtiam illud tuæ intelligentiæ contrahes & compones, tibiq; protinus ſubterfugiet. Tum verò cum ratio principium inuenerit ſuper eſſentiam, non poteſt vlterius indagare quid ſit: ſiquidem eiuſmodi quæſtio deſinit in eſſentiam. Neque fas eſt de principio propter quid perſcrutari: ſanè quæſtio hæc reſoluitur in principium. Denique cum de eo ſis negaturus eſſentiam, multoq; magis & accidentia, quónam pacto in eo contingentem ſortem poteris affirmare?*

ἈΛΛᾺ τὸ μὴ ὑποστὰν τοῦτο, τί, ἢ σιωπήσαντας, δεῖ ἀπελθεῖν, καὶ ἐν ἀπόρῳ τῇ γνώμῃ θεμένους, μηδὲν ἔτι ζητεῖν. τί γὰρ ἄν τις καὶ ζητήσειεν, εἰς οὐδὲν ἔτι ἔχων προελθεῖν, πάσης ζητήσεως εἰς ἀρχὴν ἰούσης, καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ ἱσταμένης. πρὸς δὲ τούτοις, ζήτησιν ἅπασαν χρὴ νομίζειν, ἢ τοῦ τί ἐστιν εἶναι. ἢ τοῦ οἷον. ἢ τοῦ διατί. ἢ τοῦ εἶναι. τὸ μὲν οὖν εἶναι, ὡς λέγομεν ἐκεῖνο εἶναι, ἐκ τῶν μετ' αὐτό· τὸ δὲ διατί, *ἀρχὴν πάλιν ζητεῖ. ἀρχῆς δὲ τῆς πάσης, οὐκ ἔστιν ἀρχή. τὸ δὲ οἷόν ἐστι, ζητεῖν τί συμβέβηκεν αὐτῷ, ᾧ συμβέβηκε μηδέν. τὸ δὲ τί ἐστι, δηλοῖ μᾶλλον τὸ μηδὲν δεῖν περὶ αὐτοῦ ζητεῖν. αὐτὸ μόνον ἀδύνατον αὐτοῖς λαβόντας, ἐν τῷ μηδὲν αὐτῷ θεμιτὸν εἶναι προσάπτειν μαθόντας. ὅλως γὰρ ἐοίκαμεν ταύτην τὴν ἀπορίαν ἐνθυμηθῆναι περὶ ταύτης τῆς φύσεως εἴπερ ἐνεθυμήθημεν ἐκ τοῦ πρῶτον μὲν τίθεσθαι χώραν καὶ τόπον, ὥσπέρ τι χάος. εἶτα χώρας ἤδη οὔσης. ἐπαγαγεῖν ταύτην τὴν φύσιν εἰς τὸν ἐν τῇ φαντασίᾳ ἡμῶν γεγονότα ἢ ὄντα τόπον. εἰσάγοντες δὲ αὐτὸν εἰς τὸν τοιοῦτον τόπον, οὕτω τοι ζητεῖν, οἷον πόθεν καὶ πῶς ἐλήλυθεν ἐνταῦθα. καὶ ὥσπερ ἔπηλυν ὄντα ἐζητηκέναι αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, καὶ οἷον τὴν οὐσίαν. καὶ δὴ καὶ ὥσπερ ἔκ τινος βάθους, ἢ ἐξ ὕψους τινὸς, ἐνθάδε ἐρρίφθαι. διόπερ δὴ τὸ αἴτιον τῆς ἀπορίας ἀνελόντα, ἔξω ποιήσασθαι τῆς ἐπιβολῆς τῆς πρὸς αὐτὸ πάντα τόπον, καὶ μηδὲν ἐν ὁτῳοῦν τίθεσθαι αὐτό. μήτε ἀεὶ κείμενον ἐν αὐτῷ καὶ ἱδρυμένον, μήτε ἐληλυθότα. ἀλλ' ὄντα μόνον ὡς ἔστι λεγόμενον, ὑπ' ἀνάγκης τῶν λόγων εἶναι. τὸν δὲ τόπον ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, ὕστερον. καὶ ὕστερον ἁπάντων. τὸ οὖν ἄτοπον τοῦτο νοοῦντες ὡς νοοῦμεν, οὐδὲν περὶ αὐτὸ ἐπιτιθέντες οἷον κύκλῳ. οὐ γὰρ περιλαβεῖν ἔχοντες ὅσος, οὐδὲ τὸ ὅσον αὐτῷ συμβεβηκέναι φήσομεν. οὐ μὴν οὐδὲ τὸ ποιὸν, οὐδὲ γὰρ μορφή τις περὶ αὐτὸν, οὐδὲ νοητὴ ἂν εἴη, οὐδὲ τὸ πρὸς ἄλλο. ἐφ' αὑτοῦ γὰρ καὶ ὑφέστηκεν πρὶν ἄλλο. τί ἂν οὖν ἔτι εἴη τὸ οὕτω συνέβη; ἢ πῶς φθεγξόμεθα τοῦτο. ὅτι καὶ τὰ ἄλλα ἐν ἀφαιρέσει πάντα τὸ περὶ τούτου λεγόμενα; ὥστε ἀληθὲς μᾶλλον, οὐ τὸ οὕτως συνέβη. ἀλλὰ τὸ οὐδὲ οὕτως συνέβη. ὅπου καὶ τὸ, οὐδὲ συνέβη ὅλως.

*ἀρχὴν ἄλλην ζητεῖ

A HOC autem quod non propriè ſubſiſtit,
vel exiſtit, quidnam eſſe dicendum? Sed profectò incerta mente ſilentes hinc decet abire, nec quicquam vlterius indagare. Quid enim quiſpiam indagauerit, cum nihil pateat vlterius quo procedat? quippe cum omnis quæſtio ſe conferat ad principium, & in tali quodam denique conquieſcat. Accedit ad hæc, quòd omnis quæſtio, vel quid aliquid ſit inquirit, vel
B quale, vel propter quid, vel vtrum ſit nec ne.
Eſſe quidem rerum principium omnium, ſicut dicimus illud eſſe per ea quæ ſunt ab illo coniectare ſolemus: quæſtio verò propter quid deſiderans principium aliud expetit: ſed vniuerſi principij nullum poteſt eſſe principium. Præterea quærere quale ſit illud, nihil aliud eſt, quá inquirere quid accidat ei, cui nihil penitus accidit. Ipſum verò quid eſt, declarat magis hoc ipſum quod nihil de illo quærere debeamus,
C ipſum videlicet ſolummodo poſsimus accipientes, atque in eo quod nihil ei fas ſit adiungere cognoſcentes. Omnino autem dubitationis huius ſcrupulum de hac ipſa natura in animũ inieciſſe videmur, ſiquidem iniecerimus, propterea quòd primo quipem regionem locumque ponamus quaſi chaos, deinde poſita regione hanc naturam introducamus in locum iam vel imaginatione confictum, vel in natura cõpertũ. Cũ verò illud in eiuſmodi locũ intro-
D duxerimus, nimirum adducimur ſciſcitari, vnde nam & qua conditione protinus huc acceſſerit: & tanquam aduenam iudicantes inquirere qua ratione ſit præſens, quæúe & qualis ſit eius eſſentia: quaſi vel ex profundo quodam huc emerſerit, vel ab excelſo deſcenderit. Quáobrem operæprecium eſt ſublata dubitationis occaſione, omnem prorſus locum ab intuitu in Deũ directo longè ſecernere, nec in aliquo ipſum ponere, ſiue ſemper in eo ſit fundatus,
E ſiue aliquando venerit: ſed exiſtentem ſolum ſicut dicitur ex neceſsitate rationum exiſtere fas eſt cogitare: locum verò ſicut & alia poſteriorem eſſe, omniumque poſtremum. Hoc ipſum igitur vigens mirabiliter extra locum, intelligentes vtcunque intelligamus, nihil penitus circa ipſũ vltra poſſumus admouere, quaſi aliquid circundemus: neque quantus ſit metiri valemus, neque ipſum quantum ei contingere concedemus: neque rurſus quale ſit effin-
F gemus. Neque enim forma eſt circa ipſum vlla nedum ſenſibilis, ſed nec etiam intelligibilis aliqua. Præterea nec ei quod vllo modo ad aliud referri dicatur, licet accommodare. nam & in ſeipſo conſiſtit, & antequam aliud quicquam exiſteret, extitit. Cum igitur ita ſit, quónam modo poſſumus illic dicere ita id contigiſſe? vel quomodo audebimus id proferre, quandoquidem & alia omnia quæ de hoc dicuntur negatione dicantur? adeò vt non verum quidem ſit de illo dicere, ita contigit: ſed contra non ita contigit, multoque verius: quando nec ſimpliciter quidem contigiſſe dicendum.

*Summus Deus rectius dicitur ſuapte natura libertas, quàm naturæ ſuæ dominus. Non enim actio penes eũ vllo modo diſtinguitur à natura, ideo non debet dici in agendo naturæ ſuæ dominus: ſed eſt vel ſimpliciſsimus actus, per quem libertas potius appellatur, vel principium finisq́; actuumq́; actionum omnium: vnde libertas iterum in ſe nominatur: dominus verò non tam ſui quàm aliorum. Eſſentia prima per actionem ſuã quodãmodo ab ipſa diſtinctã, ſuæ exiſtentiæ domina dici poteſt. Anima verò cũ non ſit eſſentia ipſa ſimpliciter, ſed eſſentia quædã, nequaquã dicenda eſt eſſentia ſuæ domina, quamuis quodammodo domina ſui. Forma poſtremò corporea tanquam expers eſſentiæ liberum ſui dominatum nullum habet. Contrà verò Deus per quem ſuperiora ſunt libera, dominanturq́; ſequentibus, libertas eſt ſimul & dominatio ſumma.*

*Cap. XII.*

QVID ergo dicemus? nonne hoc ipſum quod eſt exiſtit? Ipſius tem eſſe quod eſt, vel ipſius quod ſit ipſo eſſe ſuperius, nunquid ipſemet Deus eſt dominus? Rurſus animus nondum perſuaſus ex dictis, reſtat ambiguus: ad hęc igitur in pręſentia nobis eſt ita dicendum: Vnuſquiſque noſtrûm ſecundum corpus quidem eſt ab eſſentia longè remotus, ſecundum verò animam, & quod maximè ipſi ſumus, eſſentiæ participes ſumus, & profectò ſumus eſſentia quædam. Id autem eſt velut quiddã ex differentia ſimul eſſentiaq́; compoſitum. itaq; nec eſſentia præcipuè, nec ipſa eſſentia. quamobrem neque ſumus noſtræ eſſentiæ domini. Aliud namque quodammodo eſſentia eſt, aliud nos exiſtimus. Nec nos quidem ſumus eſſentiæ noſtræ domini: ſed ipſa eſſentia potius eſt domina noſtrûm: ſiquidem hæc ipſa & differentiam adhibet. Sed quoniam nos quodammodo ſumus & illud quod dominatur nobis, hac vtique conditione nihilominus & hîc domini noſtrûm poſſumus appellari. Quod autẽ omnino eſt id quod eſt ipſa eſſentia, neq; aliud quidem ipſum, aliud autẽ eius eſſentia eſt: certè hoc ipſum quod exiſtit, eſt dominans, nec amplius refertur in aliud qua vide et ratione eſt, & qua exiſtitit eſſentia. Etenim rurſus dimiſſum eſt ſui ipſius dominum eſſe: ſiquidem quod ibi primum eſt redigitur in eſſentiã. Iam verò quod liberã facit eſſentiam, vtpote cuius natura ſit res facere liberas, riteq́; liberator cognominatur, cuinam ſeruiret? ſi modò fas eſt id etiam quoquo modo pronunciare. Hoc autem ſui ipſius eſſentia liberum iudicatur: ſed & hæc ab ipſo libera eſt atque poſterior: ipſum verò non habet eſſentiam Si qua igitur in eo actio eſt, ipſumq́ue ponimus in actione, non tamen ob hoc erit alterum à ſeipſo, neque minus ſui ipſius dominus à quo editur actio: quoniam nõ eſt alterum quiddã ibi actio, alterum verò ipſum. Si autem omnino actionẽ in eo eſſe non concedamus, ſed alia circa ipſum operantia retinere ſubſtantiam, multò minus ibi vel dominum vel dominatorem eſſe fatebimur: ſed neque etiam ſui ipſius dominum eſſe dicemus. Non quoniam Deo quicquam aliud dominetur: ſed quoniam ſui ipſius eſſe dominum, eſſentiæ iam attribuimus. Summum verò Deum in gradu quodam excellẽtiore locauimus, quàm quòd ſibimet dominetur. Quidnam igi ur eſt excelſius eo, qui ſui ipſius ſit dominus? Profectò quoniam in ipſo qui, primò ſui ipſius dominus appellatur, eſſentia & actio duo quædam quodammodo ſunt, nimirum ex actione ipſam domini præſtitit rationem. Hæc autem idem atque eſſentia eſt, propterea & ſeorſum factum eſt vt dominus eſſet, ſuique ipſius dominus id eſt appellatum. Vbi autem non duo quidẽ ſunt vt vnum, ſed eſt penitus vnum, aut enim ſolum actus eſt, aut omnino non eſt ibi actus, illic nec etiam rectè dicitur, dominum ſui ipſius exiſtere.

A Τί οὖν οὐκ ἔστιν ὅ ἐστι, τοῦ δὲ εἶναι ὅ ἐστιν, ἢ τοῦ
ὑπ' ἐκεῖνα εἶναι, ἄραγε κύριος αὐτός; πάλιν
γὰρ ἡ ψυχὴ οὐδέν τι πεισθεῖσα τοῖς εἰρημένοις,
ἄπορός ἐστι. λεκτέον τοίνυν πρὸς ταῦτα ὧδε,
ὡς ἕκαστος μὲν ἡμῶν, κατὰ μὲν τὸ σῶμα, πόρ-
ρω ἂν εἴη οὐσίας. κατὰ δὲ τὴν ψυχὴν, καὶ ὃ μά-
λιστα ἐσμὲν, μετέχομεν οὐσίας. καί ἐσμέν τις οὐ-
σία. τοῦτο δέ ἐστιν, οἷον σύνθετόν τι ἐκ διαφορᾶς
B καὶ οὐσίας. οὔκουν κυρίως οὐσία. * οὐδ' αὐτὸς οὐ- * οὐδ' αὐτὸ
σία. διὸ, οὐδὲ κύριοι τῆς αὐτῶν οὐσίας. ἀλλ' ἡ οὐσία.
οὐσία αὐτὸ ἡμῶν, εἴπερ αὕτη καὶ τὴν διαφορὰν
προστίθησιν. ἀλλ' ἐπειδὴ ὅπερ κύριον ἡμῶν ἡ-
μεῖς πως ἐσμὲν, οὕτω τοι οὐδὲν ἧττον καὶ ἐνταῦθα
λεγοίμεθα ἂν αὐτῶν κύριοι. ὃ δέ γε παντελῶς
ἐστιν ὅ ἐστιν αὐτοουσία, καὶ οὐκ ἄλλο μὲν αὐτό, ἄλλο
δὲ ἡ οὐσία αὐτοῦ, ἐνταῦθα ὅπερ ἐστὶν τοῦτο ἐστὶ καὶ
C κύριον. καὶ οὐκ ἔτι, εἰς ἄλλο ἢ ἐστι, * καὶ ᾗ ἐστιν οὐσία. * καὶ ἣ ἐστιν οὐσία
καὶ γὰρ αὖ ἀφείθη κύριον εἶναι αὐτοῦ, ᾗ ὃ πρῶτον
εἰς οὐσίαν. τὸ δὴ πεποιηκὸς ἐλεύθερον τὴν οὐσί-
αν, πεφυκὸς δηλονότι ποιεῖν ἐλεύθερον, καὶ ἐ-
λευθεροποιὸν ἂν λεχθὲν, τίνι ἂν δοῦλον εἴη. εἴ-
περ ὅλως καὶ θεμιτὸν φθέγγεσθαι; τὸ δὲ τῇ αὐ-
τοῦ οὐσίᾳ, ἀλλὰ καὶ αὕτη παρ' αὐτοῦ ἐλευθέρα
καὶ ὑστέρα καὶ αὐτὸ οὐκ ἔχον οὐσίαν. εἰ μὲν οὖν ἐστι
D τις ἐνέργεια ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν τῇ ἐνεργείᾳ αὐτὸν
θησόμεθα, οὐδ' ἂν διὰ τοῦτο εἴη ἂν, ἕτερον αὐτοῦ.
καὶ οὐκ αὐτὸς αὐτοῦ κύριος ἀφ' οὗ ἡ ἐνέργεια. ὅτι
μὴ ἕτερον ἐνέργεια καὶ αὐτός. εἰ δ' ὅλως ἐνέρ-
γειαν οὐ δώσομεν ἐν αὐτῷ εἶναι, ἀλλὰ τ' ἄλλα
περὶ αὐτὸν ἐνεργοῦντα τὴν ὑπόστασιν ἴσχειν.
ἔτι μᾶλλον οὔτε τὸ κύριον οὔτε τὸ κυριευόμενον
ἐκεῖ εἶναι δώσομεν. ἀλλ' οὐδὲ τὸ αὐτοῦ κύριος.
οὐχ' ὅτι ἄλλο αὐτοῦ κύριον, ἀλλ' ὅτι τὸ αὐτοῦ κύρι-
E ον, τῇ οὐσίᾳ ἀπέδομεν. τὸ δὲ ἐν τιμιωτέρῳ, ἢ κατὰ
τοῦτο ἐθέμεθα. τί οὖν τὸ ἐν τιμιωτέρῳ, τοῦ ὅ ἐστιν
αὐτοῦ κύριον, ἢ ὅτι ἐπειδὴ οὐσία καὶ ἐνέργεια ἐ-
κεῖ, δύο πως ὄντα, ἐκ τῆς ἐνεργείας * τὴν ἔν- * τὴν ἐνέργει-
νοιαν ἐδίδου τοῦ κυρίου, τοῦτο δὲ ἦν τῇ οὐσίᾳ ταὐ- αν
τόν. διὰ τοῦτο καὶ χωρὶς ἐγένετο τὸ κύριον εἶ-
ναι. καὶ αὐτὸ αὐτοῦ ἐλέγετο κύριον. ὅπου δὲ οὐ
δύο, ὡς ἑνὸς ἀλλὰ ἕν. ἢ γὰρ ἐνέργεια μόνον, ἢ
F οὐδ' ὅλως ἐνέργεια. οὐδὲ τὸ κύριον αὐτοῦ ὀρθῶς.

Quocunque

*Quocunque modo eſſentia, voluntas, actio in Deo nominari poſſint, penitus idem ſunt. Si ergo ſicut naturaliter eius eſſentia fert, ita deus vult & agit: viciſsim quoque quemadmodum vult & agit, ſic eius natura ſe habet. Eſt igitur neque fortuna neque fato, ſed propria voluntate quod eſt. Cap. XIII.*

*Eatenus vnumquodque ſeipſum vult, ſuiq́ iuris exiſtit, quatenus eſt cum bono. Ipſum ergo bonum penitus vt vult, exiſtit & liberum: ac ſi detur optio commutandi, nunquam aliud quàm quod eſt ſe eſſe, ſit voliturũ. Præterea cum voluntates omnium in bonum confluant, & vniantur in eo, certè in ipſo bono eadem eſt cum bonitate voluntas, quæ nec aliud vult eſſe quàm ſeipſam. Iam verò maximopere ſibi quod eſt placet, ſiquidem ſola participatione boni res habent, vt ſibimet ipſæ placeant. Poſt hæc Plotinus ait, Si velle & eſſe idem eſt penes bonum, ſequitur, ſicut eſt ipſum in ſe naturaliter, ita velle: atque viciſsim vt vult, ſic ipſum naturaliter & exiſtere. Excogitat interim, Chriſtianorum more, Deum per voluntatis actum aliquam in ſe producere (vt ita dixerim) ſubſiſtentiam. Alibi quoque dixit, Deum per intelligentiam in ſe neſcio quam ſubſiſtentiam genuiſſe. Denique ſicut voluntatis actum excellẽtiorẽ volũtate concedit ipſi bono, ſimiliter actũ intelligentiæ intelligẽtia excelſiorẽ eſt proculdubio cõceſſurus.*

A Ἀλλ᾽ εἰ καὶ τὰ ὀνόματα ταῦτα ἐπάγειν δεῖ οὐκ ὀρθῶς, τοῦ ζητουμένου, πάλιν αὖ λεγέσθω, ὡς τὰ μὲν, ὀρθῶς εἴρηται ὅτι οὐ ποιητέον, *οὐ δ᾽ ὡς εἰς ἐπίνοιαν δύο, τὰ νῦν, τῆς πειθοῦς χάριν. καίτοι παρὰ νοητέον ἐν τοῖς λόγοις. εἰ γὰρ δοίημεν ἐνεργείας αὐτῷ, τὰς δὲ ἐνεργείας αὐτοῦ οἷον βουλήσει αὐτοῦ, οὐ γὰρ ἀβουλῶν ἐνεργεῖν αἱ δὲ ἐνέργειαι, ἡ οἷον οὐσία αὐτοῦ, ἡ βούλησις αὐτοῦ, καὶ ἡ οὐσία ταὐτὸν ἔσται. εἰ δὲ τοῦτο, ὡς ἄρα ἐβούλετο, B οὕτω καὶ ἔστιν. οὐ μᾶλλον ἄρα ὡς πέφυκε βούλεταί τε καὶ ἐνεργεῖ, ἢ ὡς βούλεταί τε καὶ ἐνεργεῖ ἡ οὐσία ἐστὶν αὐτοῦ. κύριος ἄρα πάντῃ ἑαυτοῦ, ἐφ᾽ ἑαυτῷ ἔχων καὶ τὸ εἶναι. ἴδε δὴ καὶ τόδε. τῶν ὄντων ἕκαστον, ἐφιέμενον τοῦ ἀγαθοῦ, βούλεται ἐκεῖνο μᾶλλον ἢ ὅ ἐστιν εἶναι. καὶ τότε μάλιστα οἴεται εἶναι, ὅταν τοῦ ἀγαθοῦ μεταλάβῃ, καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ, αἱρεῖται *ἑαυτῷ τὸ ἕκαστον εἶναι. καὶ ὅσον C αὖ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἴσχῃ ὡς τῆς τοῦ ἀγαθοῦ φύσεως, ἑαυτῇ δηλονότι πολὺ πρότερον αἱρετῆς οὔσης, εἴπερ τὸ ὅση μοῖρα ἀγαθοῦ, παρ᾽ ἄλλῳ αἱρετωτάτη. καὶ οὐσία ἑκούσιος. καὶ παραγινομένη θελήσει. καὶ ἓν καὶ ταὐτὸν οὖσα, θελήσει. καὶ διὰ θελήσεως ὑποστᾶσα. καὶ ἕως μὲν τὸ ἀγαθὸν μὴ εἶχεν ἕκαστον, ἠθέλησεν ἄλλο. ἡ δὲ ἔσχεν, ἑαυτό τε θέλει ἤδη καὶ ἔστιν οὔτε κατὰ D τύχην ἡ τοιαύτη παρουσία οὔτε ἔξω τῆς βουλήσεως αὐτοῦ ἡ οὐσία. καὶ *τοῦτο καὶ ὁρίζεται, καὶ ἑαυτῆς ἐστι τούτῳ. εἰ οὖν *τοῦτο αὐτὸ τι ἕκαστον ἑαυτὸ ποιεῖ. δῆλον δήπου γίνεται ἤδη, ὡς ἐκεῖνο γίνεται αὖ ἤδη ἑαυτῷ τοιοῦτον πρώτως, ὅ καὶ τὰ ἄλλα ἑαυτοῖς ἐστιν εἶναι. καὶ συνέστιν αὐτοῦ τῇ οἷον οὐσίᾳ ἡ θέλησις, τοῦ οἷον τοιοῦτον εἶναι. καὶ οὐκ ἔστιν αὐτὸν λαβεῖν, ἄνευ τοῦ θέλειν ἑαυτῷ ὅπερ ἐστί. καὶ σύνδρομος αὐτὸς ἑαυτῷ, θέλων E αὐτὸς εἶναι. καὶ τοῦτο ὤν, ὅπερ θέλει. καὶ ἡ θέλησις καὶ αὐτὸς ἕν, καὶ τούτῳ οὐχ ἧττον ἕν, ὅτι μὴ ἄλλο αὐτὸς ὅπερ ἔτυχεν, ἄλλο δὲ τὸ ὡς ἐβουλήθη ἄν. τί γὰρ ἂν καὶ ἠθέλησεν, ἢ τοῦτο ὅ ἐστι. καὶ γὰρ εἰ ὑποθοίμεθα ἑλέσθαι αὐτῷ ὅτι θέλοι γενέσθαι, καὶ ἐξεῖναι αὐτῷ ἀλλάξασθαι τὴν αὐτοῦ φύσιν, εἰς ἄλλο. μήτε ἂν ἄλλο τι γενέ-

* οὐ δ᾽ ὡς εἰς ἐπίνοιαν δύο

* ἑαυτῷ ἕκαστον τὸ εἶναι

* τούτῳ

* τούτῳ

A CAETERVM ſi hæc quoque nomina, & ſi non rectè, tamẽ vtcunque introducere cogimur: rurſus circa id quod à principio quæritur dicendum videtur, partim quidem rectè fuiſſe dictum, videlicet non eſſe ponenda duo quędã in ſummo, etiã ſi tantùm differãt ratione, partim verò in præſentia perſuaſionis gratia liberius videtur eſſe loquendum, & à ſeuera intelligentiæ norma in loquendo aliquãtulum declinandum. Si ergo ſummo Deo actiones attri B buamus, actiones autem eius tanquam voluntati ſuæ accommodemus, non enim operatur nolens, actiones verò ſunt ipſa velut eius eſſentia, nimirum voluntas eius eſſentiaq́; idem penitus erit. Quòd ſi ita, ergo vt voluit, ita prorſus exiſtit. Ideoq́; non magis vt ſua fert natura, ita vult & agit, quàm vt vult agitq́; ſic eſſentia eius exiſtit. Omnino igitur ſui ipſius eſt dominus, ſuum videlicet eſſe proprio arbitrio poſsidens. Præterea ita conſidera: eorum quæ ſunt C vnumquodq́, bonum appetens, mauult illud, quàm quod eſt eſſe, maximeq́; tunc eſſe ſe putat, quãdo particeps euadit boni: & in tali quodam ſuum eligit eſſe, eoq́; magis ſuum eſſe probat, quo magis habet à bono: quaſi ipſa boni natura multò prius ſibimet ſit potiſsimum eligenda. Siquidem quo maior electiorq́; portio boni alteri attribuitur, eo magis eius eſſentia eligenda eſt libenter & expetenda, voluntatiq́; aſsiſtens, vnumque & idem voluntati exiſtẽs, D neq́; per ipſam voluntatem ipſa ſubſiſtens. Proinde quouſq́; vnumquodq́; non habet bonum, aliud quiddã vult: quando autẽ habet, hac ſtatim conditione iam vult ſeipſum. Neq́; ſecundum fortunam eiuſmodi præſentia fit, neq́; extra voluntatem ipſius eſſentia eſt, atque hoc ipſo etiã determinatur, eoq́; ſui ipſius exiſtit. Si igitur hoc ipſo quodlibet ſe efficit ipſum aliquid, conſtat planè illud ſeipſo eſſe primò tale, E quo & alia vt ſeipſis ſint nanciſcantur: ſimulque cum ipſa velut illius eſſentia copulari penitus voluntatem, tanquam exiſtendi tale, neque licere illud accipere abſque volendi actu ſibimet hoc ipſum quod eſt approbante. Itaq́; concurrit Deus ipſe ſecũ volens ipſe exiſtere, idq́; exiſtens quod & vult, voluntasque & ipſe vnum eſt, atque ex hoc non minus eſt vnum: quoniam non aliud quidem eſt ipſe, quod videlicet contigit, aliud autem quod eſſe voluiſſet exiſtere. Quid enim voluerit aliud præter hoc, quod nunc exiſtit? Etenim ſi fingamus in eius optionem adduci, vt quodcunque velit efficiatur, eique licere naturam ſuam in aliud commutare, conſtat ſanè hunc nolle ſe aliud eſſe,

vel extitiſſe: neq; quicquã in ſe in cuſare, quaſi cogẽte neceſsitate id ipſũ quod eſt euaſerit, ꝓpterea quòd id propriè ipſe ſit, quod ipſemet & uoluit ſemper, & vult. Eſt enim reuera ipſa boni natura ipſiuſmet voluntas, non adeò quidem vt portio quædam illi fuerit aſsignata, vel propriam quandam ſecutus naturam, ſed ipſe potius voluerit ſemetipſum, quoniam nec erat aliud ad quod potius traheretur. Accedit ad hæc quod aliorum nullũ in eſſentia ſua rationem ſibi placendi comprehendit: non nihil etiam eſſe poteſt, quod ſeipſum offendat, ſibiq; diſpliceat. At in ipſa boni ſubſtantia neceſſariũ eſt electionem ſui ipſius & voluntatem procul dubio contineri: alioquin nihil vſquam id aſſequetur, vt quandoque valeat ſibi ipſi placere: quæ quidem vel participatione quadã, vel ſaltem imagine boni ſibi ipſis placere ſolent. Decet autem veniam præſtare nominibus, ſiquis de illo loquens, nominibus quibuſdam minus accommodatis vti demonſtrandi gratia compellatur: quæ tamen exactior diſputandi regula non admitteret. Saltem verò in nomine quolibet minus congruo dictiones eiuſmodi, quaſi, & velut, & tanquam, ſingulatim accipiãtur. Si igitur bonũ ipſum exſtit, ſimulq; cũ eo exiſtit electio atq; volũtas: abſq; enim his nõ erit, oportet autẽ hoc multa non eſſe, nimirum voluntatem & eſſentiam atq; velle redigere prorſus debemus in vnũ. Cùm verò ipſum velle ſit ab illo, neceſſarium eſt ab illo quoque ipſum eſſe ſibimet adeſſe. Quapropter & ipſum effeciſſe ſeipſum ratio hæc inuenit. Si enim voluntas eſt à ſeipſo, ac velut ipſius opus, hæc autem idẽ atq; eius ſubſtãtia eſt, profectò ſic ipſe ſe in actũ edidit exiſtendi. Quamobrẽ non illud eſt quod eſſe contigerit, ſed potius quod ipſe voluerit.

A θαι βουληθῆναι, μήτ' ἂν, ἑαυτῷ τι μέμψασθαι
ὡς ὑπὸ ἀνάγκης τοῦτο ὂν, ὅ ἐστι τοῦτο, τὸ αὐτὸς
εἶναι ὅπερ αὐτὸς ἀεὶ ἠθέλησε καὶ θέλει, * ἔστι γὰρ * ἔτι
ὄντως ἡ ἀγαθοῦ φύσις, θέλησις αὐτοῦ. οὐ δεδε-
κασμένου. οὐδὲ τῇ ἑαυτοῦ φύσει ἐπισπομένου.
ἀλλ' ἑαυτὸν ἑλομένου, ὅτι μὴ δὲ ἦν ἄλλο, ἵνα πρὸς
ἐκεῖνο ἑλχθῇ. καὶ μὴν, κἀκεῖνο αὖ τις λέγοι. ὡς ἐν
τῇ αὐτῶν ἕκαστον τὰ ἄλλα οὐσίᾳ, οὐ περιείληφε
B τὸν λόγον τὸν τοῦ ἀρέσκεσθαι αὑτῷ καὶ γὰρ ἂν, καὶ
δυσχεραίνοι τί αὐτό. ἐν δὲ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ὑπο-
στάσει, ἀνάγκη τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν αὐτοῦ θέλη-
σιν, ἐμπεριειλημμένην εἶναι. ἢ σχολῇ γ' ἂν, ἄλλῳ
ὑπάρχοι ἑαυτῷ ἀρεστῷ εἶναι. ἃ μετ' οὐσίᾳ, ἢ ἀ-
γαθοῦ φαντασίᾳ, ἀρέσκεται αὑτοῖς. δεῖ δὲ συγ
χωρεῖν τοῖς ὀνόμασιν, εἴ τις περὶ ἐκείνου λέγων,
ἐξ ἀνάγκης ἐνδείξεως ἕνεκα αὐτοῖς χρῆται, ἃ
ἀκριβείᾳ οὐκ ἐῶμεν λέγεσθαι: λαμβανέτω δὲ,
C καὶ τὸ οἷον ἐφ' ἑκάστου. εἰ οὖν ὑφέστηκε τὸ ἀγα-
θὸν, καὶ συνυφίστησιν αὐτὸ ἡ αἵρεσις καὶ ἡ βούλη-
σις, ἄνευ γὰρ τούτων οὐκ ἔσται, δεῖ δὲ τοῦτο, μὴ
πολλὰ εἶναι, συνακτέον ὡς ἕν, τὴν βούλησιν καὶ
τὴν οὐσίαν. καὶ τὸ θέλειν. τὸ δὲ θέλειν παρ' αὐ-
τοῦ ἀνάγκη καὶ τὸ εἶναι παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι αὐτῷ
εἶναι. ὥστε αὐτὸν πεποιηκέναι αὐτὸν, ὁ λόγος
ἀνεῦρεν. εἰ γὰρ ἡ βούλησις παρ' αὐτοῦ καὶ οἷον ἔρ-
D γον αὐτοῦ, αὕτη δὲ ταὐτὸν τῇ ὑποστάσει αὐ-
τοῦ, αὐτὸς ἂν οὕτως ὑποστήσας ἂν εἴη αὑτόν. ὥστε
οὐχ' ὅπερ ἔτυχέν ἐστιν. ἀλλ' ὅπερ ἠβουλήθη αὐ-
τός.

*Confirmatio ſuperiorum. Cap. XIIII.*

*Singula in corporibus indiuidua poſſunt quidẽ cõtingenter in exitum proceſsiſſe: in quibus præter ſpecialẽ neceſſariamq; eſſentiã eſt aliquid aduentitiũ. Anima verò intellectualis & idea quælibet vbi totũ eſt ad eſſentiam ac ſpeciẽ neceſſariũ, hoc ipſum quod exiſtit ex intima ſui natura prodit, nõ fortuitò quidẽ, ſed neceſſariò. Cùm verò hæc tanquã principio proxima id bonum conſequantur ab eo, ipſum in primis id munus habet extra fortunã. Præterea in omni idea, idemq; ſubſtantia, vel forma ad ideam ex amuſsim expreſſa, hæc duo inuicem coniunguntur, ſcilicet quid & propter quid exiſtat. Quapropter ſi diligenter inſpexeris in ipſa diſpoſitione naturæ ex partibus ſuis cõſtante rationẽ, cauſamq; partium totiusq; inuenies: tantũ verò munus à principio rerum habent, idem eminentius in ſe habente. Alieniſsima verò illinc eſt fortuna, vbi exiſtendi ratio cauſaq; intrinſecus continetur.*

PROINDE conſiderare idem hac etiam ratione nos decet. Vnumquodq; eorũ quę eſſe dicũtur, aut idem eſt, quod & ipſum eius eſſe, aut potius aliud. quemadmodũ alius eſt hic homo, aliud ipſum eſſe homini: particeps tamen eſt hic homo eius quod eſt ipſum eſſe homini. Anima verò & eſſe animæ idem eſt, ſi eſt anima ſimplex, nec de alio prædicatur. Itẽ idealis ipſe homo idem eſt atq; ipſum eſſe homini. Et hoc quidẽ fortuna quadã homo fieri poteſt, vbi aliud eſt ipſum eſſe homini. Quod autẽ eſt ipſum homini eſſe, ſiue hominem eſſe, nunquã id fieri fortuna cõtingit. Id eſt autẽ à ſeipſo eſt ipſe homo. Quãobrẽ ſi hoc ipſũ quod dicitur eſſe homini, vel eſſe hominẽ, eſt id à ſeipſo, neq; ſecũdum fortunam hoc exiſtit, neque ſic accidit eſſe, quonam pacto illud quod ipſo homine ſuperius eſt, ipſumq; generat hominẽ idealẽ, gignit & illud quo entia omnia cõtinẽtur, ſecundũ fortunam

A ΕΤΙ δὲ ὁρᾶν δεῖ, καὶ ταύτῃ ἕκαστον τῶν λεγο-
μένων εἶναι. ἢ ταὐτόν ἐστι τῷ εἶναι αὐτοῦ, ἢ ἕτερον.
οἷον ἄνθρωπος ὅδ' ἕτερος, καὶ τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι
ἄλλο. μετέχει γε μὴν ὁ ἄνθρωπος, τοῦ ὅ ἐστιν ἀν-
θρώπῳ εἶναι ψυχὴ δὲ καὶ τὸ ψυχὴ εἶναι, ταὐ-
τόν. εἰ ἁπλοῦν ψυχὴ καὶ μὴ κατ' ἄλλου. καὶ ἄνθρω-
πος αὐτὸ, καὶ τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι καὶ τὸ μὲν ἂν, κα-
τὰ τύχην γένοιτο ἄνθρωπος, ὅτῳ ἕτερον * τοῦ * τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι
B ἀνθρώπῳ εἶναι. τὸ δὲ ἀνθρώπῳ εἶναι, οὐκ ἂν
γένοιτο κατὰ τύχην. τοῦτο δὲ ἐστι παρ' αὐτοῦ, ἄν-
θρωπος αὐτό. εἰ δὴ τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι παρ' αὐ-
τοῦ καὶ οὐ κατὰ τύχην τοῦτο, οὐδὲ συμβέβηκε, πῶς
ἂν τὸ ὑπὲρ τὸ ἄνθρωπος αὐτό. τὸ γεννητικὸν τοῦ
ἀνθρώπου αὐτὸ, * καὶ οὐ τὰ ὄντα πάντα κατὰ τύ- * ἐξ οὗ τὰ ὄντα πάντα

χὴν ἂν λέγοιτο, φύσις ἁπλουστέρα τοῦ ἀνθρώπου εἶναι, καὶ τοῦ ὅλως τὸ ὂν εἶναι. εἰ πρὸς τὸ ἁπλοῦν ἰόντι, οὐκ ἔστι συναναφέρειν τὴν τύχην. ἔτι δὲ κἀκεῖνο ἀναμνησθῆναι προσήκει, ἣ δή που εἰρημένον, ὡς ἕκαστον τῶν κατ᾽ ἀλήθειαν ὄντων καὶ ὑπ᾽ ἐκείνης τῆς φύσεως ἐλθόντων εἰς ὑπόστασιν. καὶ ἔτι δὲ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς τοιοῦτον, τῷ ἐπ᾽ ἐκείνῳ τοιοῦτον. λέγω δὲ, τὸ τοιοῦτον, τὸ σὺν αὐτῷ τῇ οὐσίᾳ ἔχειν, καὶ τῆς ὑποστάσεως τὴν αἰτίαν. ὥστε τὸν ὕστερον θεατὴν ἑκάστου, ἔχειν εἰπεῖν, διὸ ἕκαστον τῶν ὑπαρχόντων. οἷον διὰ τί ὀφθαλμὸς. καὶ διατί πόδες τοῖσδε, τοιοίδε, καὶ τὴν αἰτίαν συναπογεννῶσαν ἕκαστον μέρος, ἑκάστου εἶναι, καὶ δι᾽ ἄλληλα τὰ μέρη εἶναι. διατί πόδες εἰς μῆκος. ὅτι καὶ τόδε τοιόνδε, καὶ ὅτι πρόσωπον τοιόνδε. καὶ πόδες τοιοίδε, καὶ ὅλως ἡ πρὸς ἄλληλα πάντων συμφωνία, ἀλλήλοις αἰτία. καὶ τὸ διατί τόδε. ὅτι τοῦτο ἐστὶ τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι. ὥστε ἓν καὶ τὸ αὐτὸ, τὸ εἶναι, καὶ τὸ αἴτιον. ταῦτα δὲ ἐκ μιᾶς πηγῆς οὕτως ἦλθεν οὐ λελογισμένης, ἀλλὰ παρεχούσης ὅλον ἀθρόον τὸ, διατί, καὶ τὸ εἶναι. πηγὴ οὖν τοῦ εἶναι καὶ διατί εἶναι, ὁμοῦ ἄμφω διδοῦσα. ἀλλὰ οἷα τὰ γινόμενα, πολὺ ἀρχετυπώτερον καὶ ἀληθέστερον. καὶ μᾶλλον ἢ κατ᾽ ἐκεῖνα πρὸς τὸ βέλτιον, τὸ ἀφ᾽ οὗ ταῦτα. εἰ οὖν μηδὲν εἰκῆ, μὴ δὲ κατὰ τύχην, μὴ δὲ τὸ συνέβη γὰρ οὕτως, τῶν ὅσα τὰς αἰτίας ἐν αὐτοῖς ἔχει, ἔχει δὲ τὰ ἐξ αὐτοῦ ἅπαντα λόγου ὢν καὶ αἰτίας καὶ οὐσίας αἰτιώδους πατὴρ, ἃ δὴ πάντα πόρρω ὑπάρχει τύχης, εἴη ἂν ἀρχὴ καὶ οἷον παράδειγμα τῶν ὅσα μὴ κεκοινώνηκε τύχῃ, τὸ ὄντως καὶ τὸ πρῶτον, ἀμιγὲς τύχαις. καὶ αὐτομάτῳ καὶ συμβάσει αἴτιον ἑαυτοῦ. καὶ παρ᾽ αὐτοῦ. καὶ δι᾽ αὐτὸν αὐτός. καὶ γὰρ πρώτως αὐτὸς καὶ ὑπερόντως αὐτός.

A tunâ eſſe poteſt? præſertim cùm ſimplicior natura ſit eo quòd eſt eſſe hominem, atq; eo quòd eſt ens ipſum prorſus exiſtere? Siquidem ad ſimplex ordine procedēti non licet ſecum eodem ferre fortunam. Quocirca ad illud quod eſt omnium ſimpliciſsimum aſcendere fortuna non poteſt. Præterea in memoriam reuocãdum eſt quod & iam dictum fuit, vnumquodq; videlicet eorum quæ reuera ſunt, & ab illa natura in ſubſtantiam prouenerunt, vnà cũ eius B eſſentia habere etiam ſubſtantiæ ſiue ſubſiſtentiæ cauſam: ac ſi quid inter illa quæ ſentiuntur eſt tale, propterea quòd præcipuè ab illis pendeat eſſe tale: Quo efficitur vt qui aliquid poſtea contēplatur, aſsignare poſsit propter quid potiſsimum ſingula quæ inſunt, aut ſint, aut ita ſe habeât: velut propter quid oculus, & quâ ob cauſam pedes talibus dati ſint tales: cauſáq; probare valeat partem quamlibet concreantē vniuſcuiuſque eſſe, parteſque ſe inuicem in ipC ſa cauſæ ratione iuuare. Cur nam pedes in longitudinem protenduntur? Quoniam videlicet & hoc eſt tale, & quoniam talis eſt facies: ideoque tales ſunt & pedes: atque omnino mutua omnium conſonantia inuicem cauſa eſt. Item cur nam hoc eſt? Quoniam ſcilicet hoc ipſum eſt eſſe homini: quapropter vnũ idéq; eſt eſſe ſimul & cauſa. Hæc autem ſic ex fonte vnico profluxerunt nullo rationis ad hæc vtente diſD curſu, ſed ſimul totum ipſum propter quid ipſumq; eſſe ꝓtinus exhibēte. Eſt itaq; fons ipſiꝰ eſſe, ipſiusq; propter quid eſſe dicatur, ambo ſimul præbēs. Qualia verò ſunt quæ fiunt, tale eſt illud, à quo proueniũt, ſed potiori quadam veriorique admodum ratione, atque ad id quod melius eſt, illa quæ fiunt ſupra modum exuperante. Cum igitur nullum eorum quæ in ſe cauſas poſsident, temerè, vel fortuitò, vel vlla ſortis conditione ſic potius contingentis, E ita ſe habeat, habeat aũt primũ illud quæ ex ipſo ſunt cũcta: pater rationis, & cauſę, & eſſentię (vt ita dixerim) cauſalis, quę quidē omnia à fortunâ ſunt lōgè remota, erit profectò principium ac velut exemplar eorum quæcunque nullum habent cum fortuna commertium: hoc ipſum videlicet, quod reuera primumque nullam habet cum fortuna caſuque & ſorte commiſtionem: quippe cum ſit ſui ipſius cauſa atque à ſeipſo, & propter ſe ſit hoc ipſum quod dicitur ipſe. Eſt enim primò ipſe, vel ſupernere, & (vt ita dixerim) ſuperenter ipſe.

*Confirmatio ſuperiorum. Cap. XV.*

*Si vnumquodque eatenus ſibi eſt amabile, quatenus fit boni particeps, ipſum certè bonum ſibimet potiſsimũ eſt amabile: ibiq; amor & amatus eſt idem. Non eſt igitur aliud quàm quod ſemper eſſe ſe amat. Præterea tunc demũ extra contingentia poſiti ſumus, experimurq; libertatem, quando cæteris omnino poſthabitis, vnico ipſius boni lumini intelligentiam ſuperanti nos exponimus. Ipſum ergo bonum libertas ipſa eſt extra fortunam. Deniq; cum ratio caſui oppoſita ſit, atq; à principio tota ratio vniuerſi proceſſerit; conſequens eſt, ipſum non ſolùm extra caſum, ſed etiam ſuper rationem id ipſum quod eſt exiſtere.*

ΚΑΙ` ἐράσμιον, καὶ ἔρως ὁ αὐτὸς. καὶ αὐτοῦ ἔρως. ἅτε οὐκ ἄλλως καλὸς, ἢ παρ᾽ αὐτοῦ. καὶ ἐν αὐτῷ. καὶ γὰρ καὶ τῷ συνεῖναι ἑαυτῷ, οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι, εἰ μὴ τὸ συνὸν καὶ τὸ ᾧ σύνεστιν, ἓν καὶ ταὐτὸν εἴη. εἰ δὲ τὸ συνὸν τῷ ᾧ σύνεστιν ἓν, καὶ τὸ οἷον ἐφιέμενον τῷ ἐφετῷ ἕν, τὸ δὲ ἐφετὸν κατὰ τὴν ὑπόστασιν καὶ οἷον ὑποκείμενον, πάλιν αὖ ἡμῖν ἀνεφάνη ταὐτὸν ἡ ἔφεσις καὶ ἡ οὐσία.

A IDEM præterea Deus & amabile eſt & amor, ſuique ipſiꝰ eſt amor, vtpote qui nõ aliter quàm à ſeipſo & in ſeipſo pulcher exiſtit. Atqui & hoc ipſum quod dicitur ſimul eſſe ſecũ, non aliter habere poteſt, quàm ſi & quod ſimul ineſt, & qui cum eſt ſimul, vnum ſit penitus atq; idem. Si ergo & coexiſtens & illud cui coexiſtit eſt vnũ, atq; quod ibi eſt velut appetēs, ſimiliter vnũ eſt cũ illo quod eſt appetēdũ, & quod illic appetibile dicitur vel appetēdũ ſecũdũ ſub

ſtantiam & quaſi ſubiectum conſideratur: rurſus hinc nobis apparuit, appetitum & eſſentiá eſſe idem. Quod ſi ita ſe habet, conſtat iterum, Deum ſeipſum efficere, ſuique exiſtere dominum, neque ſic eſſe factum, vt aliud quicquam voluerit, ſed quemadmodum ipſe vult. Proinde vbi Deum dicimus nec quicquam in ſe accipere, nec ab alio capi, hac quoque ratione eũ ab ea conditione longius ſegregamus, per quá ſorte quadam talis euaſiſſe dicatur, non ſolùm ex eo quòd agat, ſeu reddat ſe vnicũ, & (vt ita dixerim) ſolitarium, purumque conſeruet ab omnibus: verùm etiam quoniam ſi quando & nos in nobis naturam eiuſmodi quandam inſpiciamus, aliorum nihil habentem, quotcunque nobis adhærent, per quæ nobis accidere ſolet quicquid contigerit perpeti, caſuque viuere, libertatẽ prorſus experiemur. Alia enim quæcunque noſtra dicuntur, ſeruiunt, fortunæque expoſita ſunt, & quaſi fortuitò nobis accidunt. In hoc autem ſolo conſiſtit ſui ipſius dominum liberumque exiſtere, per actum videlicet quendam luminis boniformis, & boni exuperantis mentem, actum inquam vim non aduentitiam in ſe habentem, quæ omnem excedat intelligentiam. Huc ergo cum aſcenderimus, ſolumque id euaſerimus, cæteris longè poſthabitis, age quidnã de hoc ſtatu dicemus? Profectò clamabimus, nos eſſe tunc libertate omnique arbitrio valde ſuperiores. Quiſnam nos eo tempore fortunis exponet, vel temeritati faciet ſortique obnoxios? quippe cum ipſa vera vita tunc effecti ſimus: aut in eo penitus conſtituti: quod ſanè nihil habet aliud, ſed ſolum ipſum prorſus exiſtit. Cætera quidem ſi ſola ſint ab alijs ſegregata, ad ſuum eſſe ſufficere nequeunt: ipſum verò principium id ipſum quod eſt exiſtit pariter & ſi ſegregatum. Subſtantia ſanè prima non cõſiſtit in re non viuẽte, neque etiam in vita rationis experte. Hæc enim ad exiſtendum debilis eſt: quippe cum rationis diſperſio ſit: & natura quædam indefinita. At quatenus in rationem procedit, eatenus relinquit fortunam. quod enim ratione progreditur, nequaquam in fortuna verſatur. Nobis verò altius procedentibus principium ipſum non occurrit vt ratio, ſed quiddam pulchrius ratione: tãtum abeſt vt ſorte contingat. Eſt enim radix quædam rationis ſuapte natura: atque huc tandẽ omnia deſinunt. Eſt & tanquã ingentis cuiuſdã arboris ratione viuẽtis principium atq; fundamẽtũ in ſeipſo quidem permanens, tradens verò eſſe arbori per rationem inde ſuſceptam.

A εἰ δὲ τοῦτο, πάλιν αὖ αὐτός ἐστιν οὗτος ὁ ποιῶν ἑαυτὸν καὶ κύριος ἑαυτοῦ. * καὶ οὐχ ὥς τις ἕτερος ἠθέλησε γινόμενος, ἀλλ' ὡς θέλει αὐτός. καὶ μὴν καὶ λέγοντες αὐτὸν, οὔτέ τι εἰς αὐτὸν δέχεσθαι, οὔτε ἄλλο αὐτὸν, καὶ ταύτῃ ἂν εἴημεν ἔξω ποιοῦντες τοῦ τύχῃ εἶναι τοιοῦτον. οὐ μόνον * τῷ νοσοῦν αὐτὸν καὶ τῷ καθαρὸν ποιεῖν ἀπάντων, ἀλλ' ὅτι εἴποτε καὶ αὐτοὶ ἐν αὐτοῖς ἐνίδοιμέν τι-
B να φύσιν τοιαύτην, οὐδὲν ἔχουσαν τῶν ἄλλων ὅσα συνήρτηται ἡμῖν. κατὰ πάσχειν ὅτι περ ἂν συμβῇ καὶ κατὰ τύχην ὑπάρχῃ. πάντα γὰρ τὰ ἄλλα ὅσα ἡμῶν, δοῦλα καὶ κείμενα τύχαις, καὶ οἷον κατὰ τύχην προσελθόντα. τούτῳ δὲ μόνῳ, τὸ κύριον αὐτοῦ καὶ τὸ αὐτεξούσιον, φωτὸς ἀγαθοειδοῦς καὶ ἀγαθοῦ ἐνεργείᾳ, καὶ μείζονος ἢ κατὰ νοῦν, οὐκ ἐπακτὸν τὸ ὑπὲρ τὸ νοεῖν ἐ-
C χούσης, εἰς ὃ δὴ * ἀναβαίνοντες καὶ γενόμενοι τοῦτο μόνον, τὰ δ' ἄλλα ἀφέντες, τί ἂν εἴποιμεν αὐτὸ, ἢ ὅτι πλέον ἢ ἐλεύθεροι. καὶ πλέον ἢ αὐτεξούσιοι. τίς δ' ἂν ἡμᾶς προσάψειε τύχαις ἢ τῷ εἰκῇ, ἢ τῷ συμβέβηκεν, αὐτὸ τὸ ἀληθινὸν ζῆν γινομένους. ἢ ἐν τούτῳ γινομένους, ὃ μηδὲν ἔχει ἄλλο, ἀλλ' ἔστιν αὐτὸ μόνον. τὰ μὲν οὖν ἄλλα μονούμενα οὐκ ἔστιν αὐτοῖς αὐτάρκη εἶναι εἰς
D τὸ εἶναι· τοῦτο δ' ἐστὶν, ὅ ἐστι καὶ μονούμενον. ὑπόστασις δὲ πρώτη, οὐκ ἐν ἀψύχῳ, οὐδ' ἐν ζωῇ ἀλόγῳ. ἀσθενὴς γὰρ εἰς τὸ εἶναι καὶ αὕτη, σκέδασις οὖσα λόγου καὶ ἀοριστία. ἀλλ' ὅσῳ πρόεισιν εἰς λόγον, ἀπολείπει τύχην. τὸ γὰρ κατὰ λόγον, οὐ τύχῃ. ἀναβαίνουσι δὲ ἡμῖν, ἐκεῖνο μὲν, οὐ λόγος. κάλλιον δὲ ἢ λόγος, τοσοῦτο ἀπέχει τοῦ τύχῃ συμβῆναι. ῥίζα γὰρ λόγου παρ' αὐτῆς. καὶ εἰς τοῦτο λήγει τὰ πάντα ὥσπερ φυτοῦ με-
E γίστου κατὰ λόγον ζῶντος, ἀρχὴ καὶ βάσις· μένουσα γὰρ αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς, διδοῦσα δὲ κατὰ λόγον τῷ φυτῷ ὃν ἔλαβεν εἶναι.

* ἢ οὐχ' ὥς τι ἕτερον
* τῷ μονοῦν αὐτὸν
* ἀναβάντες

*Confirmatio ſuperiorum.* *Cap. XVI.*

*Si Deus nec eſt in tempore, nec eſt in loco, non poteſt hoc ipſum quod eſt, vel aliquando, vel alicubi contigiſſe. Eſt autem Deus non tam ſemper quàm ſempiternitas ipſa, nec propriè vbique habitat, ſed ipſe certè hoc ipſum eſt, quod à nobis appellari ſolet vbique. Intellectus in Deo mirus intelligibili intellectu ſuperior tam efficaciter in ſe agit, vt exiſtentiam generet in ſeipſo: ſimiliter & voluntas appetente voluntate ſuperior exiſtentiam in ſe volẽdo producit. Cum verò nihil in Deo ſit præter ipſum, ſic certè intelligendo ac volendo in ſe ipſe emicat à ſeipſo, adeò vt neque ſorte neq; aliũde vi illata, ſed pro intelligentia voluntateq; ſua id ipſum quod eſt, exiſtat. Sed hæc & quæ ſequuntur, in Theologia noſtra diligentius explicamus.*

QVONIAM verò fatemur, probabileq; videtur Deũ & vbiq; eſſe & nuſquam, de hoc quoque quale ſit, nobis diligenter conſiderandum. Hinc rurſus quod quærimus indagantibus: ſi enim nuſquam eſt, nuſquam certè con-

A ΕΠΕΙ δὲ φαμὲν καὶ δοκεῖ πανταχοῦ τε εἶναι τοῦτο, καὶ αὖ εἶναι οὐδαμοῦ, τοῦτό τοι χρὴ ἐνθυμηθῆναι καὶ νοῆσαι οἷον δεῖ. * καὶ ἐνταῦθα σκοπουμένοις θέσθαι, περὶ ὧν ζητοῦμεν. εἰ γὰρ μηδαμοῦ, οὐδαμοῦ

* καὶ ἐντεῦθεν

δαμοῦ συμβέβηκε. καὶ εἰ πανταχοῦ ὅσος ἐστὶν αὐτὸς τοσοῦτον πανταχοῦ. ὥστε τὸ πανταχοῦ καὶ τὸ πάντη, αὐτός. οὐκ ἐν ἐκείνῳ ὢν τῷ πανταχοῦ· ἀλλ' αὐτὸς ὢν τοῦτο. καὶ δοὺς εἶναι τοῖς ἄλλοις, ἐν τῷ πανταχοῦ παρακεῖσθαι. ὁ δ' ὑπερτάτην ἔχων τάξιν, μᾶλλον δ' οὐκ ἔχων ἀλλ' ὢν ὑπέρτατος αὐτός, δοῦλα πάντα ἔχει, οὐ συμβὰς αὐτοῖς αὐτῷ δὲ τῶν ἄλλων. μᾶλλον δὲ περὶ αὐτὸν τῶν ἄλλων, οὐ πρὸς αὐτὰ βλέποντος αὐτοῦ, ἀλλ' ἐκείνων πρὸς αὐτόν. ὁ δ' εἰς τὸ εἴσω οἷον φέρεται αὐτοῦ οἷον ἑαυτὸν ἀγαπήσας αὐγὴν καθαράν, αὐτὸς ὢν τοῦτο ὅπερ ἠγάπησε. τοῦτο δ' ἐστὶν, ὑποστήσας αὐτόν, εἴπερ ἐνέργεια μένουσα, καὶ τὸ ἀγαπητότατον οἷον νοῦς. νοῦς δὲ ἐνέργημα, ὥστε ἐνέργημα αὐτός. ἀλλὰ ἄλλου μὲν οὐδενός. ἑαυτοῦ ἄρα ἐνέργημα αὐτός. οὐκ ἄρα ὡς συμβέβηκεν ἐστὶν, ἀλλ' ὡς ἐνεργεῖ αὐτός. ἔπειτα τοίνυν εἰ ἔστι μάλιστα ὅτι πρὸς αὐτὸν οἷον στηρίζει. καὶ οἷον πρὸς αὐτὸν βλέπει, καὶ τὸ οἷον εἶναι τοῦτο αὐτῷ τὸ πρὸς αὐτὸν βλέπειν, οἷον ποιοῖ ἂν αὐτόν. οὐχ ὡς ἔτυχεν ἄρα ἐστὶν, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ἐθέλει, καὶ οὐδ' ἡ θέλησις εἰκῆ. οὐδ' οὕτω συνέβη. τοῦ γὰρ ἀρίστου ἡ θέλησις οὖσα, οὐκ ἔστιν εἰκῆ. ὅτι δ' ἡ τοιαύτη νεῦσις αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν, οἷον ἐνέργεια οὖσα αὐτοῦ, καὶ μονὴ ἐν αὐτῷ τὸ εἶναι ὅ ἐστι ποιεῖ, μαρτυρεῖ ὑποτεθὲν τοὐναντίον. ὅτι εἰ πρὸς τὸ ἔξω νεύσειεν αὐτοῦ, ἀπολεῖ τὸ εἶναι ὅπερ ἐστί. τὸ ἄρα εἶναι ὅπερ ἐστὶν, ἡ ἐνέργεια ἡ πρὸς αὐτόν. τοῦτο δὲ ἓν καὶ αὐτός. αὐτὸς ἄρα ὑπέστησεν αὐτὸν, συνεξενεχθείσης τῆς ἐνεργείας μετ' αὐτοῦ, καὶ οἷον ἐγρήγορσις. οὐκ ἄλλου ὄντος τοῦ ἐγρηγορότος ἐγρήγορσις καὶ ὑπερνόησις ἀεὶ οὖσα, ἐστὶν οὕτως ὡς ἐγρηγόρησεν. ἡ δὲ ἐγρήγορσίς ἐστιν, ἐπέκεινα οὐσίας. καὶ νοῦ καὶ ζωῆς ἔμφρονος. ταῦτα δὲ αὐτός ἐστιν. αὐτὸς ἄρα ἐστὶν ἐνέργεια, ὑπὲρ νοῦν καὶ φρόνησιν καὶ ζωήν. ἐξ αὐτοῦ δὲ ταῦτα, καὶ οὐ παρ' ἄλλου, παρ' αὐτοῦ ἄρα αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ. τὸ εἶναι οὐκ ἄρα ὡς συνέβη οὕτως ἐστὶν, ἀλλ' ὡς ἠθέλησεν αὐτός ἐστιν.

A tigit: rurſus ſi eſt vbiq;, proculdubio quãtus ipſe eſt, tãtus eſt & vbiq;. Quapropter hoc ipſum quod vbiq; & quod vndiq; dicitur, ipſemet exiſtit, neq; ipſum vbiq; eſt in eo, neq; viciſsim, ſed ipſe poti⁹ eſt hoc ipſum, cęteriſq; largitur eſſe, propterea quòd in eo quod ipſum vbiq; eſt, admittatur. Hic aũt ſupremũ obtinẽs ordinẽ, imò verò nõ obtinẽs, ſed exiſtẽs ipſe ſupremus ſubdita habet omnia, nõ illis quidẽ ipſe cõtingẽs, ſed ſibi cætera cõtingẽtia, imò verò cætera circa ipſum. B Nec ille quidẽ ad illa proſpicit, ſed ad ipſum cũcta ſuſpiciũt. Ille aũt intra ſe æquè per totũ quaſi perfertur, tanquã ſeipſum amãs purã lucẽ, ipſe hoc ipſum quod amat exiſtẽs, id eſt aũt in ſubſiſtẽtiã ſe producẽs, ſiquidẽ actus eſt permanẽs, & quod ibi amabiliſsimũ eſt, velut intellectus exiſtit. Intellectus aũt ipſius eſt opificiũ. quapropter opificiũ ipſe eſt. Cum verò nõ ſit opus alterius, ſequitur vt ſui ipſius ipſe ſit opus. C Quãobrẽ nõ ita eſt vt cõtigit, ſed potius vt ipſe ait. Præterea ſi ex eo maximè eſt, quoniam quaſi ſibimet innititur, & quaſi reſpicit ad ſeipſum, ipſumq; velut eſſe ſibi eſt reſpicere ad ſeipſum, nimirũ quaſi efficit ſemetipſum. Nõ igitur eſt vt cõtigit, ſed vt ipſe vult: neq; voluntas ibi temeraria eſt & vana, neq; ſic accidit. Cum enim optimi ſit volũtas, nõ eſt inanis atq; fortuita. Quod autẽ eiuſmodi nutus erga ſeipſum quaſi quædã eius actio & quies in ſemetipſo efficiat vt hoc ipſum quod eſt exiſtat, D teſtatur muneris huius oppoſitũ, ſi cõcedatur. Nẽpe ſi proſpiciat, annuatq; extra ſe ipſum, ꝓtinus quod eſt amittit. Eſſe igitur hoc ipſum quod exiſtit, eſt actio ad ſe ipſum. hoc aũt atq; ipſe eſt vnũ. Ille igitur ſibimet exhibet ſubſiſtentiã, vnà cũ ipſo ei⁹ actione collata. Si ergo facta nõ eſt eius actio, ſed ſemper extitit quaſi vigilãtia quædã, nec aliud ibi vigilãs eſt, aliud vigilãtia, quæ quidẽ ſuperintelligẽtia quędã eſt ſemper vigẽs, ꝑfectò ſic eſt, ſicut & vigilauit. E Vigilãtia verò ſuper eſſentiã intellectũq; & vitã ſapientẽ extat, id aũt ipſe eſt. Ille igitur actus eſt ſuper intellectũ & ſapientiã atq; vitã: ex eo autẽ hæc ſunt, nec ab alio quopiã. Ab illo igitur & ex illo ſuũ eſſe producitur. Non ergo ſicut contigit, ſed vt ipſe voluit, ſic prorſus exiſtit.

*Confirmatio ſuperiorum. Cap. XVII.*

*In homine quidẽ aliud eſt natura, per quã generat ſimilẽ: aliud ars & prouidẽtia, per quam artificioſa facit. At in opifice mundi vita eadẽ eſt intelligẽtia ſimul atque natura. Cũ igitur prouida & artificioſa diſpoſitio mũdi illinc proueniat intellectuali pariter naturaliq; ratione, neceſſe eſt hanc ibi quaſi formam eius exiſtere naturalẽ. Si igitur eiuſmodi mundi forma, multo magis & illius procul eſt à caſu: remotiſsimum denique à fortuna eſt illius formæ principium, quod pro natura & volũtate ſua ſegregauit filium à fortuna. Denique ſi principium aſpiciat aliorſum, ſe perdet. Dum ergo ſe tantùm reſpicit, ſeipſum quaſi conſeruat, atque agit. Igitur ex ſeipſo id quod eſt exiſtit. Non contingit ex fortuna.*

ἜΤΙ δὲ καὶ ὧδε. ἕκαστα φαμὲν τὰ ἐν τῷ παντί, καὶ τόδε τὸ πᾶν οὕτως ἔχειν, ὡς ἂν ἔσχεν. ὡς ἡ τοῦ ποιοῦντος προαίρεσις ἠθέλησε. καὶ οὕτως ἔχειν ὡς ἂν προϊέμενος καὶ προϊδὼν ἐν λογισμοῖς κατὰ πρόνοιαν, οὕτως εἰργάσατο. ἀεὶ δὲ οὕτως ἐχόντων, καὶ ἀεὶ οὕτως γιγνομένων οὕτω τὸ καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς συνοῦσι κεῖσθαι τοὺς λόγους ἐν μείζονι

A PRAETEREA idem hac ratione probamus: Singula in mundo poſita, totumque mũdum ſic ſe habere aſſerimus: quemadmodũ ſe habuiſſet, ſi auctor ſuus quaſi deliberando ſic elegiſſet. Ac ſi pręcedente conſilio & argumentatione quadam id præuidente, ſecundum prouidentiã mundus ſic eſſet effectus. Cum verò ſic ſemper omnia & ſint, & fiant, ita profectò & ſemper in his quæ ſimul exiſtũt, cõſtat eſſe inſitas rationes, in quodã quaſi mẽtis habitu trãquillio

re admodum atq; certiore firmiter permanentes. Quapropter ſuper prouidentiam illa ſunt, ſuperque electionem atq; propoſitũ: omniaq; ſemper intellectuali conditione firma perſeuerant, quæcunq; in ipſo ente conſiſtunt. Siquis igitur diſpoſitionem eiuſmodi nominet prouidentiam, ſic id accipiat, eſſe videlicet ſuper id vniuerſum intellectum firmiter permanentẽ, à quo, & ſecundum quem totum id conſtituitur. Si igitur intellectus eſt ante omnia, principiumq; eſt intellectus eiuſmodi, nunquam vt ſorte contigit, ita ſe habet, præcipuè cum multiplex quidem ſit, ſed ſecum ipſe conſpirans, ac velut cõflatus in vnum. Quod enim multiplex multitudoq; ordinata ſimul exiſtit, & in quo rationes omnes per totum comprehenduntur in vnum, nullo modo vtcunq; contigit, vel ſorte euenit ſe habere putandũ: ſed à natura eiuſmodi procul abeſt fortunæ temeritas, ipſaque fortuna in quadã rationis orbitate ſe verſans, rationi prorſus opponitur. Si autem quod ante tale quiddã exiſtit ipſum omniũ eſt principium, certè proximum eſt huic ita vt dictum eſt affecto. Idq; ita diſpoſitum, ſecundum illud diſpoſitum eſt, eiuſq; participat, taleq; exiſtit, quale vult illud, illiuſque poteſtas. Ille igitur Deus eſt indiſtans. Vna quidem omnia ratio, numerus vnus. Vnus autem maior genio atque potentior, nihil illo maius, nihil eſt melius. Itaque nec eſſe, nec eſſe tale qualiſcunque dicatur, ab alio accipit. Ipſe igitur ſeipſo id quod eſt exiſtit, ad ſeipſum & penitus in ſeipſum: vt neque etiam hac conditione aſpiciat extra, vel ad aliud vſquam, ſed totus potius ad ſeipſum.

A ἀθυμοσύνῃ ἑστῶτας. ὥστε ἐπέκεινα προνοίας τἀκεῖ εἶναι, καὶ ἐπέκεινα προαιρέσεως. καὶ πάντα ἀεὶ νοερῶς ἑστηκότα εἶναι, ὅσα ἐν τῷ ὄντι. ὥστε τὴν οὕτω διάθεσιν εἴ τις ὀνομάζει πρόνοιαν, * οὕτω νοήτω, ὅτι ἐστὶ πρὸ τοῦδε νοῦς τοῦ παντὸς ἑστὼς. ἀφ' οὗ καὶ καθ' ὃν τὸ πᾶν τόδε. εἰ μὲν νοῦς πρῶτος πάντων σὺν καὶ ἀρχὴ ὁ τοιοῦτος νοῦς, οὐκ ἂν εἴη ὡς ἔτυχε. πολὺς μὲν ὤν, συνῳδὸς δὲ αὐτῷ. καὶ οἷον B εἰς ἓν συντεταγμένου. οὐδὲν γὰρ πολὺ καὶ πλῆθος συντεταγμένον. καὶ λόγοι πάντες. καὶ περιληφθέντες ἐν ἰδίᾳ παντὸς ὡς ἔτυχε, καὶ ὡς συνέβη. ἀλλὰ πόρρω φύσεως τῆς τοιαύτης. καὶ ἐναντίον, ὅσον τύχη ἐν ἀλογίᾳ κειμένη λόγῳ. εἰ δὲ πρὸ τοῦ τοιούτου ἀρχή, δηλονότι προσεχὴς τούτῳ τῷ οὕτω λεγομένῳ. καὶ τὸ οὕτω λεγόμενον τοῦτο, κατ' ἐκεῖνο. καὶ μετέχον ἐκείνου. καὶ οἷον θέλει ἐκεῖνο, καὶ C δύναμις ἐκείνου. ἀδιάστατος τοίνυν ἐκεῖνος. εἷς πάντα λόγος. εἷς ἀριθμός. καὶ εἷς μείζων τοῦ γενομένου καὶ δυνατώτερος. καὶ οὐδὲν μείζων αὐτοῦ, οὐδὲ κρεῖττον. οὐδὲ ἄρα ἐξ ἄλλου ἔχει. οὔτε τὸ εἶναι, οὔτε τὸ ὁποῖός ἐστιν εἶναι. αὐτὸς ἄρα αὐτῷ ὅ ἐστι πρὸς αὐτὸν καὶ ἐς αὐτόν, ἵνα μὴ δὲ ταύτῃ πρὸς τὸ ἔξω, ἢ πρὸς ἄλλον. ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν πᾶς.

* οὕτω νοείτω

*Confirmatio ſuperiorum.* *Caput XVIII.*

*Nihil extra Deum licet fingere. Nam Deus excogitatur tanquam ſupereſſentialis poteſtatis, imò actus immẽſitas, tum comprehendens ſuperficies omnium, tum ſe tota penetrans profunda rerum. Intellectus primus ad Deũ comparatur tanquam circulus inferior ad centrum ſuperioris circuli ſeſe applicans, & naturaliter inde dependens: rurſum quemadmodum lumen radijs quam plurimis foras effuſum ad ſimplicem & intimum Solis lucem. Cum igitur intellectus ſit imago quædam naturalis primi Dei, ſitq; totus penitus tota ratio, conſtat primum illud tum natura tum voluntate rationis vniuerſæ patrem, fortuitum in ſe nihil admittere. Denique cum tota ratio decentis expedientis opportuni tanquam bona contineatur in ipſo bono, meritò bonum ipſum eſt ipſum decus & opportunũ. Non igitur vtcunque contigit, ſed vt per ſuum naturale decus decet, naturaliter exiſtit.*

TV ergo queris, nihil extra Deum querito: A ſed intra Deum omnia quæ ſunt poſt Deum: ipſum verò dimitte. Quod enim extra eſt, ipſe Deus exiſtit, comprehenſio omnium & menſura, aut intimum vniuerſi profundum. Quod autem extra Deum occurrit velut circulo tangens illum, totumq; inde ſuſpenſum, ratio & intellectus exiſtitit. imò verò eatenus intellectus euadit, quatenus attingit illum, & qua ratione attingit, & qua inde depẽdet, vtpote qui hoc ipſũ quod ſit intellectus habet ab illa. Age conſidera circulũ cẽtrũ vndiq; attingẽtẽ: ideoq; à cẽtro vim habere, & quaſi centralẽ, & (vt ita dixerim) centriformem: vbi lineæ circuli ad centrũ vnicum confluentes, terminum ſuum centro proximum talem reddunt, quale eſt & illud ad quod perferuntur, & à quo quodammodo pullulant: quod quidem præſtantius eſt, quàm cõditio linearum atque terminorum, qui ſanè ſigna ſunt linearum. Atqui hæc ſunt quodammodo quale & illud, obſcura tamẽ atq; debilia, eiuſq; quaſi veſtigia: quod q̃dẽ & ipſa & lineas ſua poteſtate cõtinet atq; parit. Quę ſanè lineæ

ΚΑΙ σὺ ζητῶν, μηδὲν ἔξω ζήτει αὐτοῦ, ἀλλ' εἴσω πάντα τὰ μετ' αὐτόν. αὐτὸν δὲ, ἔα. τὸ γὰρ ἔξω, αὐτός ἐστι περίληψις πάντων καὶ μέτρον. ἢ εἴσω ἐν βάθει. τὸ δ' ἔξω αὐτοῦ, οἷον κύκλῳ ἐφαπτόμενον αὐτοῦ καὶ ἐξηρτημένον πᾶν, ὁ λόγος καὶ νοῦς. μᾶλλον δ' ἂν εἴη νοῦς, καθὸ ἐφάπτεται. καὶ ᾗ ἐφάπτεται αὐτοῦ, καὶ ᾗ ἐξήρτηται. ἅτε παρ' ἐκείνου ἔχων, τὸ νοῦς εἶναι. ὥσπερ ἂν οὖν κύκλος ἐ-B φάπτοιτο κέντρου κύκλῳ, ὁμολογοῖτο ἂν τὴν δύναμιν παρὰ τοῦ κέντρου ἔχειν, καὶ οἷον κεντροειδής. ἢ γραμμαὶ ἐκ κύκλου πρὸς κέντρον ἓν συνιοῦσαι, τὸ πέρας αὐτῶν τὸ πρὸς τὸ κέντρον ποιοῦσι τοιοῦτον εἶναι, οἷον τὸ πρὸς ὃ ἠνέχθησαν, καὶ ἀφ' οὗ οἷον ἐξέφυσαν, μείζονος ὄντος, ἢ κατὰ ταύτας τὰς γραμμὰς καὶ τὰ πέρατα αὐτῶν τὰ αὐτῶν, σημεῖα τῶν γραμ-C μῶν. καὶ ἔστι μὲν, οἷον ἐκεῖνο: ἀμυδρὰ δὲ καὶ οἷον ἴχνη ἐκείνου, τοῦ ὃ δύναται αὐτά, καὶ τὰς γραμμὰς δυνάμενον, αἳ πανταχοῦ ἔχου-

ἔχουσιν αὐτὸ, καὶ ἐμφαίνεται διὰ τῶν γραμμῶν. οἷόν ἐστιν ἐκεῖνο. οἷον ἐξελιχθὲν * οὐκ ἐληλιμένον, οὕτω τοι καὶ τὸν νοῦν καὶ τὸ ὂν χρὴ λαμβάνειν. γενόμενον ἐξ ἐκείνου καὶ οἷον ἐκχυθὲν καὶ ἐξελιχθὲν, καὶ ἐξηρτημένον ἐκ τῆς αὐτοῦ νοερᾶς φύσεως μαρτυρεῖν τὸν οἷον ἐν ἑνὶ νοῦν. οὐ νοῦν ὄντα. ἓν γὰρ, ὥσπερ οὐδ᾽ ἐκεῖ γραμμὰς, οὐδὲ κύκλον, τὸ κέντρον. κύκλου δὲ καὶ γραμμῶν πατέρα, ἴχνη * αὐτοῦ ὄντα. καὶ δυνάμει μενούσῃ γραμμὰς καὶ κύκλον οὐ παντῃ ἀπηρτημένα αὐτοῦ, ῥώμῃ τινὶ γεγεννηκότα. οὕτω τοι κἀκεῖνα τῆς νοερᾶς περιθεούσης δυνάμεως, τὸ οἷον ἰνδάλματος αὐτοῦ ἀρχέτυπον, ἐν ἑνὶ νοῦν πολλοῖς καὶ εἰς πολλὰ οἷον νενικημένου. καὶ νοῦ διὰ ταῦτα γενομένου ἐκείνου, * πρὸς νοῦ μείναντος. τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, νοῦν γεννήσαντος, τίς ἂν συντυχία. ἢ τὸ αὐτόματον ἢ τὸ ὡς συνέβη εἶναι, τῆς τοιαύτης δυνάμεως τῆς νοοποιοῦ,* καὶ οἷον ὄντως ποιητικῆς πλησίον ἥκοι. οἷον γὰρ τὸ * ἐν νῷ πολλαχῇ μεῖζον. ἢ τοιαῦτον τὸ ἐν ἑνὶ ἐκείνῳ. ὥσπερ φωτὸς ἐπὶ πολὺ σκεδασθέντος ἐξ ἑνός τινος, ἐν αὐτῷ ὄντος διαφανοῦς. εἴδωλον μὲν τὸ σκεδασθὲν. τὸ δ᾽ ἀφ᾽ οὗ τὸ ἀληθές. οὐ μὴν ἀλλοειδὲς τὸ σκεδασθὲν εἴδωλον ὁ νοῦς. ὅς, οὐ τύχη. ἀλλὰ καθ᾽ ἕκαστον αὐτοῦ, λόγος καὶ αἰτία. αἴτιον δὲ ἐκεῖνο, τοῦ αἰτίου. μειζόνως ἄρα οἷον αἰτιώτατον καὶ ἀληθέστερον αἰτία. ὁμοῦ πάσας ἔχον τὰς μελλούσας ἀπ᾽ αὐτοῦ ἔσεσθαι νοερὰς αἰτίας. καὶ γεννητικὸν, τοῦ οὐχ᾽ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ᾽ ὡς ἠθέλησεν αὐτός. ἡ δὲ θέλησις οὐκ ἄλογος ἦν. οὐδὲ τοῦ εἰκῇ. οὐδ᾽ ὡς ἐπῆλθεν αὐτῷ, ἀλλ᾽ ὡς ἔδει. ὡς οὐδενὸς ὄντος ἐκεῖ εἰκῇ. ὅθεν καὶ δέον καὶ καιρὸν ὁ Πλάτων ὡς οἷόν τε ἦν σημῆναι. ἐφιέμενος, ὅτι πόρρω τοῦ ὡς ἔτυχεν. ἀλλ᾽ ὅπερ ἐστὶ, τοῦτο δέον. εἰ γὰρ τὸ δέον τοῦτο, οὐκ ἀλόγως τοῦτο. καὶ εἰ καιρὸς, τὸ μάλιστα κυριώτατον ἐν τοῖς μετ᾽ αὐτὸ. καὶ πρότερον αὐτῷ, καὶ οὐχ᾽ οἷον ἔτυχε * οἷον ἐστὶν. ἀλλὰ τοῦτο ἐστὶν, ὅπερ οἷον ἐβουλήθη αὐτός. εἴπερ τὰ δέοντα βούλεται καὶ ἓν τὸ δέον, καὶ ἡ τοῦ δέοντος ἐνέργεια. καὶ ἔστι δέον, οὐχ᾽ ὡς ὑποκείμενον, ἀλλ᾽ ὡς ἐνέργεια πρώτη· τοῦτο ἑαυτὴν ἐκφήνασα, ὅπερ ἔδει. οὕτω γὰρ αὐτὸν λέγειν. ἀδυνατοῦντα λέγειν ὅς τις ἐθέλει.

* οὐκ ἐξεληλιγμένον
* αὐτοῦ ὄντα
* πρὸ νοῦ μείναντος
* καὶ οἷον ποιητικῆς πλησίον ἥκοι
* ἐν τῷ νῷ
* τοῦτο

A illud vbique habent: ac per lineas quale ſit ipſum apparet vbique, & quaſi euolutum, & iterum non euolutum. Simili quadam ratione intellectum ipſumque ens contemplare genitum ex illo, ac velut effuſum & explicatum, atque ex ipſius intellectuali natura ſuſpenſum: ideoque intellectum eiuſmodi teſtari cogita velut intellectum, in vno vigentem, qui tamen non ſit intellectus: eſt enim penitus vnum. Quemadmodum neque in circulo centrum vel linea
B vlla, vel circumferentia eſt: circumferentiæ verò linearumque pater, dum ſui veſtigia præbet, poteſtateque permanente lineas circumferentiamq; producit. Quæ quidem haud omnino inde ſunt ſegregata, validiſsimo quodam vigore illinc effecta. Sic itaque ſummũ cogita Deũ, eſſe velut exemplar primum, intellectualis potentiæ circumcurrentis, ipſius tanquam imaginis: Deum inquam velut intellectum in vno vi
C gentem, cuius vigor quaſi multis modis moueatur atque per multa, & ita illic intellectus euadat: dum tamen Deus ſuper mentem extat, ex ſuaque potentia generat intellectum. Quænam igitur contingentia? Quis caſus? Quis euentus fortuitus apud poteſtatem tantam atque talem mentis procreatricem, vereq; effectricẽ accidere poteſt? Quale enim eſt id quod eſt in mente, tale fermè cogitatur quod eſt in
D vno, quamuis ſit longè præſtantius: perinde ac ſi lumen longè diffuſum ex vno quodam in ſe manente penituſque perſpicuo prodeat. Vbi profectò quod eſt diffuſum, alterius eſt imago. Illud autem vnde hoc emicat, lumẽ eſt proculdubio verum: non tamen imago diffuſa aliena eſt & difformis, ipſe ſcilicet intellectus: qui ſanè nullam admittit fortunam, ſed quicquid ſingulatim eſt in eo, ratio quædam in ſe eſt & cauſa. Deus autem eſt cauſa cauſæ. Potiori itaque gradu cauſa Deus exiſtit, vtpote ſummopere
E cauſa: cauſa inquam ratione admodum veriore, oẽs intellectuales cauſas pullulaturas inde ſimul in ſe complectens, opuſque ſuum generans non vtcunque contigit, ſed vt ipſe voluit. Voluntas autem non erat rationis expers, neque temerè fruſtraque ferebatur, neque vt ſorte protinus incidebat, ſed potius vt decebat: quippe cum nihil ibi temerarium ſit & vanũ. Hinc Plato ipſum appellauit decens atq; opportunum, optans vtcunque poſſet ſignifica-
F re, Deum eſſe à ſorte fortuita remotiſsimum, ſed hoc ipſum quod eſt ipſum eſſe decens. Si autẽ ipſum decẽs hoc exiſtit, certè nõ abſque ratione hoc exiſtit. Ac ſi eſt opportunitas ipſa, cuius proprietas in ſequentibus maximè dominatur, nimirũ multo prius ſibi ipſi opportunitas adeſt. Itaque non quale accidit, hoc exiſtit: ſed hoc eſt potius, quod tanquam ipſe voluerit: ſiquidem decentia velit, vnumque ibi eſt ipſum decens vel opportuuum actioque decentis. Eſtque decens nõ velut ſubiectum, ſed tanquam actio prima, hoc propriè ſeipſam in lucem edens, quod & decuit. Danda eſt nominibus noſtris venia. Nam ita de Deo nos oportet loqui, poſtquam loqui de illo nõ valemus ad votum.

## *Confirmatio ſuperiorum.* Caput XIX.

*A primo rerum principio multa id munus habent, vt in ſeipſis conſiſtant, multa etiam vt quaſi ex ſeipſis exiſtant. Illud igitur ſi modò dicendum eſt exiſtere, ſummopere eſt exiſtentiæ ſuæ dominus, omni apud intellectum cogitabili exiſtentia longè ſuperior.*

EX ſuperioribus igitur aliquis ad ſummũ rerum principium prouocatus, illud ipſum accipiat: atque ita & ipſe perſpiciet, quamuis nõ quantum velit exprimere valeat. Videns autẽ illud in ſe omni ſermone dimiſſo, affirmabit illud à ſe ipſo id exiſtens, adeò vt ſi haberet eſſentiam, ſua ſibi ſeruiret eſſẽtia, ac velut emanaret ab ipſo. Qui ergo id fuerit contemplatus, non audebit amplius dicere, vtcunq; contigit eſſe, nec omnino proferre valebit. Nam ſi pronunciare id auſus fuerit, ſtupore repentè corripietur. Quinetiam hucuſque ſublatus, nec poterit vbi illud ſit aſsignare: quippe cum illud vbique coram animæ oculis pariter ſe demonſtret, & quacunque animus defigat intuitum, inſpiciat illud. Niſi fortè Deo dimiſſo, animus retrò reſpiciat, nihil videlicet de illo amplius cogitans, forſan verò operæpretium eſt priſcorum illud myſterium verbis obſcurioribus inuolutum, deum ſcilicet eſſe ſuper eſſentiã, hac quoque ratione conſiderare. Non ſolùm quoniam gignit eſſentiam, verùm etiam quia nec eſſentiæ, nec ſibi ipſi ſeruit: neque principiũ eius eſt eſſentia ſua, ſed ille potius principiũ eſt eſſentiæ: nec eam quidem ſibi ipſi fecit, ſed hanc à ſe factam dimiſit extra ſeipſum, vtpote qui ipſo eſſe non egeat, qui ſanè ipſum effecit. Neq; igitur ſecundum quod eſt, facit hoc ipſum quod eſt appellatur.

A ΛΑΜΒΑΝΕΤΩ τίς οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων ἀνακινηθεὶς πρὸς ἐκεῖνο, ἐκεῖνο αὐτὸ, καὶ θεάσεται καὶ αὐτὸς, οὐχ᾽ ὅσον θέλει εἰπεῖν δυνάμενος. ἰδὼν δὲ ἐκεῖνο, ἐν αὐτῷ πάντα λόγον ἀφεὶς, θήσεται παρ᾽ αὐτοῦ. ἐκεῖνο τοῦτο ὄν. ὡς εἴπερ εἶχεν οὐσίαν, δούλην ἂν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν εἶναι, καὶ οἷον παρ᾽ αὐτοῦ εἶναι. οὐδ᾽ ἂν τολμήσειέ τις ἰδὼν, ἔτι τὸ ὡς συνέβη λέγειν. οὐδ᾽ ἂν ὅλως φθέγξασθαι δύναται. B ἐκπλαγείη γὰρ ἂν τολμῶν, καὶ οὐδ᾽ ἂν ἔχοι * ἀίξας ποῦ εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ. * παύτη γέπου αὐτῷ ἐκείνου, οἷον πρὸ ὀμμάτων τῆς ψυχῆς προφαινομένου. καὶ ὅποι ἂν ἀτενίσῃ ἐκεῖνον βλέποντος. εἰ μήπου ἄλλῃ ἀφεὶς τὸν θεὸν ἀτενίσῃ, * μηδὲν ἔτι περὶ αὐτοῦ διανοούμενος. χρὴ δὲ ἴσως καὶ τὸ ἐπέκεινα οὐσίας. καὶ ταύτῃ νοεῖσθαι, τοῖς παλαιοῖς λεγόμενον δι᾽ αἰνίξεως. οὐ μόνον ὅτι γεννᾷ οὐσίαν, C ἀλλ᾽ ὅτι οὐ δουλεύει οὐδὲ οὐσίᾳ, οὐδὲ ἑαυτῷ. οὐδὲ ἔστιν αὐτῷ ἀρχὴ ἡ οὐσία αὐτοῦ. ἀλλ᾽ αὐτὸς ἀρχὴ τῆς οὐσίας ὢν, οὐχ᾽ αὑτῷ ἐποίησε τὴν οὐσίαν. ἀλλὰ ποιήσας ταύτην ἔξω εἴασεν ἑαυτοῦ. ἅτε οὐδὲν τοῦ εἶναι δεόμενος, ὅς ἐποίησεν αὐτό. οὐ τοίνυν οὐδὲ καθό ἐστι ποιεῖ τὸ ἐστι.

*ἀίξας, τί εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ
*πάντῃ αὐτῷ ἐκείνου, οἷον πρὸ ὀμμάτων
*μηδὲν ἔτι

*Confirmatio ſuperiorum. Caput XX.*

*Cum omnis eſſentia ad actum pro viribus tanquam ad melius & ſuperius aliquid annitatur, excogitare decet principium tanquam actum eſſentia longè ſuperiorem. eſt igitur omnis eſſentiæ dominus. Nec non ſi ipſe dicit poſſit & eſſe, certè qua ratione actus eſt, exiſtere ſe declarat. Actus inquam non in eſſentia, ſed ſuperior. Ergo non eſſentiæ, vel naturæ ſeruus, itaque liber. Et quatenus non aliunde ſeruatus, ipſe ſe ſeruat, dicitur & generare ſeipſum, generatione videlicet ſempiterna. Denique vbi agere & quomodocũque exiſtere idem eſt, actus autem ſolet tanquam præſtantius cogitari, illic certè actus conſiderari poteſt exiſtentiam ſuam quaſi comitem ſecum ferre.*

QVI Dergo dicet aliquis, nónne ita ſequetur, Deum priuſquam fieret extitiſſe? Si enim ſe facit, certè qua ratione ſeipſum, ibi dicitur nondum exiſtit: qua verò dicitur facere, iam exiſtit ante ſeipſum: quippe cum ipſe ſit quod fieri dicitur. Huic autem obiectioni reſpondendum eſt, omnino Deum non eſſe tanquã factũ, ſed tanquam facientem exiſtimãdum, effectionem eius abſolutã aſſeuerando. Neq; talẽ, ut aliud quiddam ex actione illius efficiatur: ſed actio eius non peragat vltra ſe quicquã, ſed totũ hoc ſimpliciter extet. Non enim duo quædam ibi ſunt, ſed penitus vnum. Neq; verendum eſt actionem primam abſque eſſentia ponere, ſed hoc ipſum velut ſubſtantiam affirmare debemus. Siquis autẽ ſubſtantiam poſuerit actione carentẽ, certè principium ipſum deficiens erit, imperfectumq; euadet: quod tamẽ eſt omniũ perfectiſsimum. Ac ſiquis ſubſtãtiæ adiunxerit actionẽ, vnitatẽ ſimplicẽ nõ ſeruabit. Quãobrem ſi actus eſt perfectior quàm eſſentia, primum verò perfectiſsimum eſt, ipſum certè primum eſt actus. agens itaque Deus iam eſt hoc ipſum. Neque licet dicere priuſquã fieret extitiſſe, quandoquidẽ non erat antequã fieret, ſed iam totus erat agẽdo. Profectò actus eſt eſſentiæ minimè ſeruiens: qui ſanè actus purè prorſus eſt liber, atque ſic à ſeipſo ipſe Deus exiſtit. Iamverò ſi in ſuo Deus eſſe ſeruaretur ab alio, non ipſe primus ex ſeipſo prorſus exiſteret.

A ΤΙ οὖν οὐ συμβαίνει εἴποι τις ἂν πρὶν γενέσθαι γεγονέναι. εἰ γὰρ ποιεῖ ἑαυτὸν, * τὸ μὲν ἑαυτοῦ οὔπω ἐστί. τὸ δ᾽ αὖ ποιεῖν, ἔστιν ἤδη πρὸ ἑαυτοῦ, τοῦ ποιουμένου ὄντος αὐτοῦ. πρὸς ὃ δὴ λεκτέον, ὡς ὅλως οὐ τακτέον κατὰ τὸν ποιούμενον, ἀλλὰ κατὰ τὸν ποιοῦντα. ἀπόλυτον τὴν ποίησιν αὐτοῦ τιθεμένοις, καὶ οὐχ᾽ ἵνα ἄλλο ἀποτελεσθῇ ἐξ αὐτοῦ τῆς ποιήσεως, ἀλλ᾽ οὔσης ἐνεργείας αὐτοῦ B οὐκ ἀποτελεστικῆς· ἀλλ᾽ ὅλου τούτου ὄντος. οὐ γὰρ δύο, ἀλλ᾽ ἕν. οὐδὲ γὰρ φοβητέον ἐνέργειαν τὴν πρώτην τίθεσθαι ἄνευ οὐσίας· ἀλλ᾽ αὐτὸ τοῦτο τὴν οἷον ὑπόστασιν θετέον. εἰ δὲ ὑπόστασιν ἄνευ ἐνεργείας τις θεῖτο, ἐλλιπὴς ἡ ἀρχὴ, καὶ ἀτελὴς ἡ τελειοτάτη πασῶν ἔσται. καὶ εἰ προσθείη ἐνέργειαν οὐχ᾽ ἓν τηρεῖ. εἰ οὖν τελειότερον ἡ ἐνέργεια τῆς οὐσίας, τελειότατον δὲ τὸ * πρῶ- C τερον, πρῶτον ἂν ἐνέργεια εἴη. ἐνεργήσας οὖν ἤδη, ἐστὶ τοῦτο καὶ οὐκ ἔστιν ὡς πρὶν γενέσθαι ἦν. ὅτε γὰρ οὐκ ἦν πρὶν γενέσθαι, ἀλλ᾽ ἤδη πᾶς ἦν. ἐνέργεια δὴ * οὐ δουλεύουσα οὐσίᾳ, καθαρῶς ἐστὶν ἐλευθέρα. καὶ οὕτως αὐτὸς παρ᾽ αὐτοῦ αὐτός. καὶ γὰρ εἰ μὲν ἐσώζετο εἰς τὸ εἶναι ὑπ᾽ ἄλλου, οὐ πρῶτος αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ.

*τὸ μὲν ἑαυτὸν
*πρῶτον πρώτων ἂν ἐνέργεια εἴη
*οὐ δουλεύσασα οὐσίᾳ

εἰ δὲ αὐτὸς αὑτὸν, ὀρθῶς λέγεται συνέχειν. αὐτός ἐστι καὶ ὁ παράγων ἑαυτόν. εἴπερ ὅπερ συνέχει κατὰ φύσιν, τοῦτο καὶ ἐξ ἀρχῆς πεποίηκεν εἶναι. εἰ μὲν οὖν χρόνος ἦν ὅθεν ἤρξατο εἶναι, τὸ πεποιηκέναι κυριώτατον ἂν ἐλέχθη. νῦν δὲ εἰ καὶ πρὶν αἰῶνα εἶναι ὅπερ ἐστὶν ἦν, τὸ πεποιηκέναι ἑαυτὸν τοῦτο νοήτω, τὸ σύνδρομον εἶναι τὸ πεποιηκέναι καὶ αὐτό. ἓν γὰρ τῇ ποιήσει καὶ οἷον γεννήσει ἀϊδίῳ, τὸ εἶναι. ὅθεν καὶ τὸ ἄρχων ἑαυτοῦ. καὶ εἰ μὲν δύο, κυρίως· εἰ δὲ ἕν, τὸ ἄρχων μόνον. οὐ γὰρ ἔχει τὸ ἀρχόμενον. πῶς οὖν ἄρχον, οὐκ ὄντος πρὸς ὅ. ἢ τὸ ἄρχον ἐνταῦθα, πρὸς τὸ πρὸ αὐτοῦ, ὅτι μηδὲν ἦν. εἰ δὲ μηδὲν ἦν, πρῶτον. τοῦτο δὲ, οὐ τάξει. ἀλλὰ κυριότητι καὶ δυνάμει αὐτεξουσίῳ καθαρῶς. εἰ δὲ καθαρῶς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ λαβεῖν τὸ μὴ αὐτεξουσίως, ὅλον οὖν αὐτεξουσίως ἐν αὐτῷ. τί οὖν αὐτοῦ, ὃ μὴ αὐτός. τί οὖν ὃ μὴ ἐνεργεῖ. καὶ τί οὐ μὴ ἔργον αὐτοῦ. εἰ γὰρ τί εἴη μὴ ἔργον αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, οὐ καθαρῶς ἂν εἴη, οὔτε αὐτεξούσιος, οὔτε πάντα δυνάμενος, ἐκείνου τε γὰρ οὐ κύριος. πάντα τε οὐ δυνάμενος, ἐκεῖνο γοῦν οὐ δύναται, οὗ μὴ αὐτὸς κύριος εἰς τὸ ποιεῖν.

A Sin autem ipſe ſe rectè dicitur continere, nimirum & ipſemet ſe producere iudicandus, ſiquidem quod ſecūdum naturam continet aliquid idem & ab initio fecit. Si igitur fuiſſet tempus, ex quo eſſe cœpit, meritò hoc ipſum quòd ſe feciſſe dictum eſt, ratione admodū propria eſſet dictum. Cum uerò ante ipſam quoque æternitatē, hoc ipſum quod eſt Deus extiterit, quod dicitur ſe feciſſe, ſic præcipuè cogitetur ſcilicet, æquè concurrere, tum effeciſſe, tum ipſum. Ibi B namque ipſum eſſe vnà cum effectione, ac velut ſempiterna quadam generatione prorſus eſt vnū. Similiter quod in Deo ſui ipſius princeps nuncupari ſolet, ſi ibi duo quædam ſunt, propriè admodum eſt aſſumptum: ſin verò vnum, proculdubio princeps ibi ſolūm eſt: non enim ſibi ſubditum illic habet. Sed quonam pacto dicitur ſui princeps & dominus, cūm non ibi ſit, ad quod donatio referatur? Forſan verò C dominator ibi cenſetur, quantum ſupernè conſideratur: quoniam videlicet nihil ſuperius extet. Si autem nihil eſt ſuperius, hoc eſt proculdubio primum, primum inquam, non ordine quodam, ſed auctoritate propria, ac purè libera poteſtate. Si autem purè, non licet illic accipere quicquam minimè liberum. Totū igitur liberè prorſus & libenter eſt in ſeipſo. Quidnā igitur eſt ipſius, quod non ſit ipſe? Quidnam eſt ibi, quod non agat ipſe? Quid deniq; illic occurrit, quod nō ipſius ſit opus? Si quod enim in eo foret non opus eiuſdē, haud quaquā purè vel eſſet liber, vel omnia potens. Illius namq; non foret dominus, nec omnia potens, nimirū non poſſet illud, ad quod agendum dominus ipſe non eſſet.

*Confirmatio ſuperiorum.* *Caput XXI.*

*Principium eſt optima & immenſa poteſtas. Siquis ergo fingat hanc poſſe vel potuiſſe aliter ſe habere, impotentem finget. Sicut enim permutari ex ipſo bono malum eſt: ſimiliter ex ipſa potentia ſumma totaq; permutari poſſe, eſt impotentia miſeranda. Plotinus & in ſuperioribus & in præſentia intellectum & voluntatem intelligibili intellectu & affectante voluntate ſuperiorē non negat Deo. Proinde volūtas in Deo eſt ipſa natura Dei. Sicut ergo Deus cōſideratur ex ſua natura, ſic & voluntate propria prodiiſſe, penes quē exiſtere & velle ſunt idē. Nota, poſſe animum tuum penes Deum nonnihil attingere, ſed lumine quodam deſuper illuſtrante: te verò mox quicquid vltra ſuccurrerit, auferre debere.*

ἘΔΥ΄ΝΑΤΟ οὖν ἄλλο τι ποιεῖν ἑαυτὸν, ἢ ὃ ἐποίησε; ἢ οὕτω καὶ τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν ἀναιρήσομεν, ὅτι μὴ ἂν κακοποιοῖ. οὐ γὰρ οὕτω τὸ δύνασθαι ἐκεῖ, ὡς καὶ τὰ ἀντικείμενα, ἀλλ' ὡς ἀστεμφεῖ καὶ ἀμετακινήτῳ δυνάμει, ἣ μάλιστα δύναμίς ἐστιν, ὅταν μὴ ἐξίστηται τοῦ ἕν. καὶ γὰρ τὸ τὰ ἀντικείμενα δύνασθαι, ἀδυναμίας ἐστί, τοῦ τὸ ἐπὶ τοῦ ἀρίστου μένειν. δεῖ δὲ καὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ ἣν λέγομεν, καὶ ταύτην ἅπαξ εἶναι. καλὴ γὰρ καὶ τίς ἂν παρατρέψειε βουλήσει γενομένην θεοῦ καὶ βούλησιν οὖσαν. βουλήσει οὖν μήπω ὄντος. τί δὲ βούλησιν ἐκείνου ἀβουλοῦντος τῇ ὑποστάσει. πόθεν οὖν αὐτῷ ἔσται ἡ βούλησις, ἀπὸ οὐσίας* ἀνεργήτου. ἢ ἦν βούλησις, ἔν γε τῇ οὐσίᾳ. οὐχ ἕτερον ἄρα τῆς οὐσίας οὐδέν. ἢ τί ἦν. ὃ μὴ ἦν. οἷον ἡ βούλησις. πᾶν ἄρα βούλησις ἦν.* καὶ οὐκ ἔνι τὸ μὴ βουλόμενον.* οὐδὲ τὸ προβουλήσεως ἄρα. πρῶτον ἄρα ἡ βούλησις αὐτός. καὶ τὸ

*ἀνενεργήτου

* καὶ οὐκ ἔνι

*οὐ δὲ τὸ προβουλήσει ἄρα

A QVAERITVR igitur, num aliud facere ſe potuerit, quàm quod effecit? Veruntamen ſi id conceſſerimus, etiam negabimus facere bonum, malum certè non facere. Iam verò non ſic ibi poteſtas accipitur, vt & oppoſita poſsit: ſed quoniam conſtanti & immutabili fruitur poteſtate, quæ quidem potiſsimum eſt poteſtas, quando ab ipſo quod eſt vnum nullo modo digreditur: nam & oppoſita poſſe infirmitatis eſt omnino potentis in optimo permanere. Opor B tet autem effectionem eius quam dicimus, ipſam ſimul ſemelque exiſtere: eſt enim optima. Et quiſnam eam peruertere poſsit, quæ & voluntate fit Dei, & ipſa eſt Dei voluntas? Sed quæritur nunquid voluntate fiat Dei nōdum exiſtentis? Quid rurſus dicamus illic voluntatem, nunquid illius in ipſa ſubſtantia nondum volentis? Et vnde nam ſit ipſi voluntas? Num ab eſſentia nondū aliquid operante? Sed in eſſentia voluntas erat: ideoq; nihil ab eſſentia ibi diuerſum: alioquin ibi aliquid extitiſſet, quod non tanquam voluntas exiſteret. Totum ergo voluntas erat, nec quicquam erat ibi non volens, neq; igitur quod ante voluntatē eſſet. Principiò igitur ipſa volūtas ipſe Deus exiſtit. Ita igitur ex-

tat,ſicut & voluit,& quale voluit. Tum verò quod dicitur, quod eſt ibi voluntatem ſequi, quod videlicet voluntas eiuſmodi genuit, intelligendum eſt, voluntatem nihil in Deo amplius genuiſſe: hoc nanque iam erat. Præterea quòd traditur, Deum continere ſeipſum, ſi modò rectè dicatur, ſic prorſus accipiendum, quoniam videlicet alia quidem omnia à Deo penitus ſuſtinentur. Nam quadam participatione Dei ſunt, ad ipſumque omnia reducuntur: ipſe verò iam eſt à ſeipſo, neque connexione vel cōtinentia, neque participatione uel præſentia indigens: ſed ſibi ipſi eſt omnia: imò verò ſibi iam nihil, vtpote qui ad ſe ipſum nequaquam omnibus indiget. Verùm tu quotiens eum dices vel cogitabis, reliqua inde auferes omnia. Cum autem abſtuleris omnia, ipſum verò ſolum reliqueris, ne quæras vltrà quid addas: ſed potius ne fortè adhuc reliqueris aliquid, quod inde cogitatione tua nondum ſatis abſtuleris. Nam licet & tibi attingere aliquid, de quo aliud præterea nec dicere nec aſſumere valeas. Sed illud deſuper extet ſolū hoc ipſum quod eſt vereque liberum: quoniam nec ſibi ipſi ſeruiat, ſed ſolum ipſum ſit, ac reuera ſit ipſum. Siquidem quodlibet aliorum eſt & ipſum, & inſuper aliud.

A ὡς ἐβούλετο ἄρα, καὶ οἷον ἐβούλετο. καὶ τὸ τῇ βουλήσει ἑπόμενον, ὃ ἡ τοιαύτη βούλησις ἐγέννα. ἐγέννα δὲ οὐδὲν ἔτι ἐν αὐτῷ. τοῦτο γὰρ ἤδη ἦν, τὸ δὲ συνέχειν ἑαυτὸν, οὕτω ληπτέον νοεῖν, εἴ τις αὐτὸ ὀρθῶς φθέγγοιτο. ὡς τὰ μὲν ἄλλα πάντα ὅσα ἐστὶ, παρὰ τούτου * συνέχεται. (* ἀνέχεται) μετουσίᾳ γάρ τινι αὐτοῦ ἐστι, καὶ εἰς τοῦτο ἡ ἀναγωγὴ πάντων. αὐτοῖς δὲ ἤδη παρ' αὐτοῦ, οὔτε συνοχῆς οὔτε μετουσίας δεόμενος, ἀλλὰ πάντα ἑαυτῷ. B μᾶλλον δὲ οὐδὲν οὐδὲ τῶν πάντων δεόμενος εἰς αὐτόν. ἀλλ' ὅταν αὐτὸν εἴπῃς ἢ ἐννοηθῇς, τὰ ἄλλα πάντα ἄφες, ἀφελὼν πάντα. καταλιπὼν δὲ μόνον αὐτὸν μή τι προσθεὶς ζήτει, ἀλλὰ μή τι πω οὐκ ἀφῄρηκας ἀπ' αὐτοῦ ἐν γνώμῃ τῇ σῇ. ἔστι γάρ τινος ἐφάψασθαι καὶ σὲ, περὶ οὗ οὐκ ἔτι ἄλλο ἐνδέχεται οὔτε λέγειν, οὔτε λαβεῖν. ἀλλ' ὑπὲρ ἄνω κείμενον μόνον, τοῦτο ἀληθείᾳ C ἐλεύθερον, ὅτι μὴ δὲ δουλεῦόν ἐστιν ἑαυτῷ. ἀλλὰ μόνον αὐτὸ. καὶ ὄντως αὐτὸ, εἴ γε τῶν ἄλλων ἕκαστον, αὐτὸ καὶ ἄλλο.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ ϛ.

### ΛΟΓΟΣ θ.

# PLOTINI

## ENNEAD. SEXTAE,

### LIBER IX.

### περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἢ τοῦ ἑνός.

### De bono vel vno.

*Quicquid eſt præter primum, conſtat ex multis partibus aut viribus in vnam totius formam conciliatis.*

*Caput I.*

*Quatenus in ſua cuiuſq; multitudine viget vnitas, eatenus perſeuerat eſſentia, quæ alioquin perdita vnitate diſperditur. Vnitas ergo conſeruat eſſentiam, eadem igitur & eſſentiam conficit atque eſſe. Vnitas certè in oppoſita ſibi multitudine dominans, nec ex ſe exiſtit, nec ex oppoſita prodijt multitudine. Igitur ex vnitate pura ſuper eſſentiam vbique multiplicem in ſeipſa ſimpliciter conſiſtente. Cum dicis vnum corpus & vnus animus, vnus calor & vnū frigus, hic prædicata vnitas nec vnū corpus eſt, alioquin animo nō cōpeteret: nec frigus, alioquin calori minimè conueniret. Simili quodam diſcurſu inuenies ipſum vnū eſſentia qualibet eminentius, cuius virtute quæ magis vnius, eadem magis eſſentiæ participia fiunt. Præterea ſumma ipſius entis perfectio in identitate ſtatuq; conſiſtit: hæc verò in vnitate fundantur, ſicut diuerſitas ac motus in numero. Vnitas igitur quæ cauſa enti perfectionis exiſtit, eſt ente ſuperior. Proinde aut ens dicis idem cū vnitate, aut ab ea diuerſum: vnitatem certè identitatis fundamentū eſſe fateberis: ergo ſi primū illud dicis, ſcilicet ens eſſe idem cū vnitate, extat certè ante hāc vnitatam vnitas ipſa prior, per quā ſit idē. Sin autē ſecundū dixeris, id eſt vnitatem ab ente diſtinctam, eſt vtiq; vnitas ipſa prius per ſe idē ſibi quàm ab ente diſtincta atq; prius erit in ſe abſolutè prima per abſolutā primitatē, id eſt per naturā ſuam, antequā ſit prior ente videlicet ad ens relata: neq; licet dicere, ita ens ab vnitate diſtinctū, vt ſit vnitate prius: nā ſi ab ea diſtingui dicatur, prius erit ſibi ipſi idē. idē inquā per vnitatē. Accedit ad hæc quod nihil poteſt ipſa ſimplicitate ſuperius cogitari. hæc autem eſt ipſa vnitas. Vnitas igitur non ſolùm eſt prima omnium, ſed etiam eſt ipſa primitas,*